

ludi seculares. Usurpatur etiam in genere pro tempore, ut cum aurea secula dicimus: & pro eternitate, ut apud Græcos αἰών, quasi αἰεί ὄν. Sunt autem ab initio mundi usq; ad presentem annum Christi 1563. elapsi, anni 5525. Qui efficiunt dies 2016625.

Altitudinem cœli: Usq; ad lunam numerant Astronomi à centro terre miliaria germanica 16340. Usq; ad spheram stellarum fixarum, miliaria germanica 17269660.


Latitudinem terræ. Ambitus terræ & maris in circulo maximo continet 5400. miliaria germanica.

Profunditatem Terræ & maris, seu Diæmetrum globi ex terra et aqua coagmentati, demonstrant Astronomi esse miliaria 1718.

Verbum Dei altissimi fons est Sapientie. Cum enim impossibile esset homini sine Deo scire Deum, per uerbum suum docet Deus homines scire Deum. Ac uult, hoc uno modo à nobis agnosci, inuocari et coli, sicut se in uerbo à se tradito patefecit. I. Corinth. I. Cum Mundus non cognouisset Deum sapientem per sapientiam, placuit Deo per stultam prædicationem saluos facere credentes.

B

DEUS



*ludi seculares. Vsurpatur etiam in genere pro tempore, ut cum aurea secula dicimus: & pro eternitate, ut apud Græcos αἰών, quasi αἰεί ὄν. Sunt autem ab initio mundi usq; ad presentem annum Christi 1563. clapsi, anni 5525. Qui efficiunt dies 2016625.*

*Altitudinem cæli: Vsq; ad lunam numerant Astronomi à centro terræ miliaria germanica 16340. Vsq; ad Spheram stellarum fixarum, miliaria germanica 17269660.*


*Latitudinem terræ. Ambitus terræ & maris in circulo maximo continet 5400. miliaria germanica.*

*Profunditatem Terræ & maris, seu Diametrum globi ex terra et aqua coagmentati, demonstrant Astronomi esse miliaria 1718.*

*Verbum Dei altissimi fons est Sapientiæ. Cum enim impossibile esset homini sine Deo scire Deum, per uerbum suum docet Deus homines scire Deum. Ac uult, hoc uno modo à nobis agnosci, inuocari et coli, sicut se in uerbo à se tradito patefecit. I. Corinth. I. Cum Mundus non cognouisset Deum sapientem per sapientiam, placuit Deo per stultam prædicationem saluos facere credentes.*

B

Deus



Deus effudit sapientiam super omnia opera sua. Totum hoc pulcherrimum mundi theatrum & res omnes mirando consilio & arte à Deo conditæ & ordinatæ, & cælum, lumina, stellæ, motuum cælestium leges, ordo corporum mundi, uices temporum, res omnes terra nascentes, Metalla, Plantæ, animantia, partes corporis & Mentis humane &c. undiquaq; illustria & expressissimæ Sapientie bonitatis & omnipotentie diuinæ testimonia præ se ferunt, η̄ ταῦτα σοφῆς ὕψους η̄ ἀλλοτρίως δεικνύσθαι τεχνικῶς εἶναι ἐπιδεικνύσθαι, & hæc sapientis cuiusdam et amantis hominum Artificis opus esse demonstrant, ut in uulgari etiam uersu dicitur:

Præsentemq; refert una uel herba Deum.

Cicero, Ut si quis in domum aliquam aut gymnasium, aut in forum uenerit, quum uideat rerum omnium rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri iudicare, sed esse aliquem intelligat, qui præsit, & cui pareatur: multo magis in tantis motionibus, tantisq; uicissitudinibus, tam multarum rerum atq; tantarum ordinibus, in quibus nihil unquam immensa & infinita uetustas mentita sit, statuat necesse est ab aliqua mente tantos nature motus gubernari. Item. Hæc quanto consilio facta sunt, nullo consilio assequi possumus.

Timor

Timor Domini est honor, & gloria, gaudium & præciosa corona.

Fundamentum omnium uirtutum est PIETAS, seu uerus timor Dei, & Fides, ac obedientia erga Deum. Huius utilitates & effectus ac præmia amplissima, quibus in hac uita & in omni æternitate diuinitus ornatur, Syracides multis insignibus Gnomis illustrat. Quarum summa in hoc Pauli dicto comprehensa est, PIETAS habet promissiones præsentis & futuræ uitæ, & ad omnia utilis est.

Est honor & gloria. Id est, Causa ueræ gloriæ, seu ueræ lucis, sapientie, iustitiæ, uitæ & letitiæ æternæ, & honorificæ approbationis & celebrationis Dei & omnium piorum in hac uita & in omni æternitate. Psal. 149. Laus eius in Ecclesia Sanctorum.

In primis autem hunc effectum ueræ Pietatis celebrat, quod ueram consolationem & leticiam & pacem ac gaudium cordibus piorum adferat, eosq; aduersus terrores iræ Dei, peccati, & inferni munit & sustentet. Sicut Paulus Rom. 5.

B 2 inquit.

inquit: Iustificati fide pacem habemus erga Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem & aditum habemus in gratiam hanc, in qua stamus & gloriamur in spe gloriæ Dei, non solum autem, uerum etiam gloriamur in afflictionibus, & morte ipsa &c. Et hic Syracides inquit. φοβεμῶν τὸν κύριον εὖ ἔσται ἐπὶ ἑσάτωρ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ πλθυτῆς αὐτὸς εὐλογηθήσεται. Timeni Dominum bene erit in extremis, & in die mortis suæ benedictionem ( seu liberationem à peccato, & morte & damnatione, & consolationem, uitam, letitiam ac gloriam eternam, Abraham propter Christum promissam) obtinebit: sicut Simson in pace & benedictione ex hac uita discedit.

Cui datur eam cernere, is certè amabit eam. Etiam de sapientia uerum est, quod in pro- uerbio dicitur. Εκ τῶ ὄραμ γίνεται τὸ ἔραμ. Videre facit amare. Δενοῦς γὰρ ἄρ παρῆχεν ἔρωτας ἢ φ ὄνησις ἀνὴ τοῖσιν ἑαυτῆς ἕναρ γὰρ εἰδῶλον παρῆχεται ἐς ὄψιν ἰδῶν. Mirabilis sapientia sui amoris excitaret, si expressam aliquam & in oculos incurrentem suæ pulchritudinis imaginem hominibus ostenderet.

Timere Deum est sapientia, quæ uerè dicitur, & opes ingenies secum adfert. 1. Timot. 6. Diuitiæ magnæ sunt Pietas μετὰ ἀνταρκειᾶς coniuncta

coniuncta cum uoluntate contenta suo bono.

Timor Domini est corona sapientiæ, id est. Est præstantissima & summa sapientia: seu ornamentum Sapientiæ & doctrinæ præcipuum. πᾶσα γὰρ ἐπιστήμη χωρὶς φόβου κυρίου ἐστὶ ἐθελοκαταλείψασθαι, id est. Omnis scientia, nisi cum pietate & uirtute coniuncta sit, uersuta, non sapientia existimari debet.

Fili mi si expetis Sapientiam perdisce mandata & Deus dabit tibi sapientiam. Tres causas coniungit, quas in uera Sapientia seu uera agnitione Dei comparanda, concurrere oportet.

1. Verbum Dei, quod est unica & immota norma ueræ agnitionis Dei, & gubernationis morum ac consiliorum uitæ.

2. Nostra diligentia & assiduitas legendi, audiendi, meditandi uerbum Dei.

3. DEVS per lectionem & cogitationem uerbi efficax est, & ueram sui agnitionem, uerum Timorem Dei, Fidem, iusticiam & uitam in mentibus accendit. Cæterum sine Deo nulla studia aut consilia sunt foelicia & nobis uel alijs salutaria. Congruunt autem hæc uerba. Syracidæ cum Salomonis conuisione Prouerb. 2. Si quasi seris sapientiam, quasi pecuniam, tunc intelliges timorem Do-

mini, & scientiam Dei inuenies. Quia Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia.

### Videne timor aut Religio tua erga Deum sit Hypocrisis.

Duo sunt extrema ueræ Pietatis. 1. Epicu-  
rens & cyclopicus contemptus Dei. 2. Super-  
stitio & Hypocrisis, quæ est simulatio pietatis,  
iusticie & sanctitatis ostentatæ externis gestibus  
& Ceremonijs: cum tamen cor sit sine uero ti-  
more Dei, & Fide uera, & propter hanc extra-  
nam umbram uirtutum sese efferat & magnificia-  
at, & tanquam semidicum coli cupiat.

Hanc superbiam, simulationem & uenditatio-  
nem pietatis & uirtutis, ad colligendum aura  
popularis & humane gloriæ fumum directam,  
& Lex Dei, quæ iubet Deum ex toto corde *καὶ  
ἐκ τῆς ψυχῆς ἀνωποκρίτεω* diligere, & Christus lon-  
ga concione, Matth. 6. & 23. prohibet, ubi Hy-  
pocritas sepulchris extrinsecus dealbatis, intus  
teterrimo fœtore impietatis & superbiæ scatenti-  
bus comparat.

Et Phariseo, fiducia suæ iusticie intumescen-  
ti, & glorianti, & superbe, publicanum uero cor-  
de penitentiam agentem, contemnentem, eandem  
pœnam, quæ hic in Syracide proposita est, mina-  
tur.

tur. Luc. 18. Descendit hic iustificatus in domum  
suam, magis quàm ille. Omnis enim qui se exaltat  
humiliabitur. Et in proxime præcedenti capite,  
Luc. 17. Vos estis, qui iustificatis uos coram ho-  
minibus: Deus autem nouit corda uestra. Nam  
quod in hominibus sublime est, id abominatio est  
coram Deo.

Improbauerunt & Ethnici histrionicam extra-  
norum gestuum & Hypocrisim, non uero corde,  
sed ore & ceremonijs solis Deum colentem, ut  
Plato inquit. *Δὲ θεράπειαν θεῶν οὐ οὐκ ἰμασι  
τεχνάζονται, ἀλλὰ ἀληθεῖα ἡμῶντας ἀρετῶν,*  
id est, Oportet colere Deum, non gestulationi-  
bus arte simulatis, sed uero & ardenti cultu uir-  
tutis. Et citatur insignis sententia Zaleuci Lo-  
crensium Legislatoris. *Οὐ θεράπεται οὐ θεός  
δαπάνου, οὐτε θεαγωγίας ἢ ἀλισκομυῶν  
καθήπερ μοχθηρὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀρετῆ  
καὶ προσείρεσι τῶν καλῶν ἔργων. Ἐδιδασκίω.  
Διὸ ἕκαστον δὲ ἀγαθὸν εἶναι καὶ προσείρε  
προσεύρεσι, τῶν μέλλοντα ἔσεσθαι θεοειλη,*  
id est, Non colitur Deus immensis sumptibus aut  
Tragædijs captorum, sicut homo malus, sed uir-  
tute & uero studio honestatis & iustitia. Itaq;

eum qui DEO carus esse uolet, non tantum  
factis externis, uerumetiam ani-  
mi proposito bonum esse  
oportet.

# CAPVT SE: CVNDVM.

**F**illi mi, si uis seruire Deo, para te ad tentationem, obfirma te ad patientiam, constans esto, uide ne uacilles si qui aliorum te illicient. Adhære Deo, ne utiquam cede, ut subinde euadas firmior. Quæcunq; incident, feras, & patienter tolera ærumnas quasuis. Nam sicut aurum igne examinatur, ita p̄ij placentes Deo, æstutentionum probantur.

Confide Deo, & eripiet te, incede recta uia, & spera in eo.

Vos qui timetis Deum, confidite illi, Nihil enim est certius, quam uos ibi falli non posse.

Vos qui timetis Dominum, omnia optima sperate ab illo, tunc gratia, & consolatio semper comitabitur uos. Vos qui timetis Dominum expectate consolationem eius, ne utiquam cedite

cedite, ne obruens tentatio mergat uos in profundum.

Respicite exempla ueterum, atque ea sint infixæ animis uestris, Quis unquam pudefactus est, qui in Domino sperauit? Quis eorum, qui in timore Domini perseuerauerunt, unquam derelictus est? Quis unquam à Domino tandem spretus est, qui ipsum inuocauit? Bonus Dominus & misericors, condonans peccata, & succurrit in hora afflictionis.

Væ his, qui desperant de Deo, Væ his qui non perdurant, & impijs, qui nunc hac nunc illac nutant, Væ pauidis & trepidantibus, neq; enim credunt, ideo non protegentur. Væ his, qui non expectant, Quid accidet eis, ubi Dominus eos uisitarit?

Qui Dominum timent, credunt uerbo eius, & qui diligunt ipsum, seruant mandata eius. Qui timent Dominum, faciunt quæ placent illi, & qui diligunt eum, uerè seruant Legem.

Qui timent Dominum, stabiliunt eorum suum, & demittunt se totos coram illo, & dicunt, Satius est incidere in manus Domini, quam in manus hominum, Nam ingens bonitas & misericordia Domini est tam immensa quam ipse est.

**D**E PATIENTIA, SEV PERSEuerantia in uera Pietate, & de ceteris prima tabula uirtutibus præcipuis, de FIDE, ac SPE, & inuocatione Dei uera præcipit. Nam hisce ancoris præcipuè niti animos nostros, in fluctibus tentationum & ærumnarum oportet, ut in cursu ueræ pietatis cuius indiuidua & perpetua comes est Crux & persecutio, usq; ad finem portum uitæ æternæ possint permanere.

Sunt autem uicinæ appellationes uirtutum, patientiæ, Perseuerantiæ, constantiæ, & Fortitudinis togatæ, quæ est firmitas animi perseuerantis in proposito, susceptoq; ueræ pietatis & uirtutis & honestorum consiliorum actionumq; cursu: & moderatè ac placidè tolerantis calamitates, iniurias & omnes res secundas & aduersas, Ita ut his obstaculis non sinat se ab honesto proposito semel suscepto auelli aut impediri, quo minus eursum Pietatis inchoatum constanter pertextat.

Sine

Sine hac celsitudine animi & constantia ac patientia, cum nulla uirtus existere uel retineri possit: diligenter & attente hanc secundi capitis Syracidæ doctrinam consideremus, & ad usum in uita transferamus, Ac ad eam illustrandam integra & proluxa explicatio doctrinæ de Patientia & Perseuerantia ex enarratione primi & quinti præcepti adhibeatur.

## II.

Confide Deo & eripiet te, incede recta uia, & spera in Deo.

**F**irmissima consolatio & presidium in omnibus ærumnis & doloribus animose ferendis, & patièdo uincendis, præcipuum est FIDES in DEO nobis propitio, & propter Christum beneuolente adquiescens, & certo statuens Deum in periculis & miserijs nostris certo nobis adesse, opitulari, mitigare ærumnas & liberationem ac gloriam æternam nobis promissam certo daturum esse.

Hac fide confirmatus animus incedat uia recta, hoc est, totam uitam, consilia, studia & actiones suas, dirigat ad normam uoluntatis & uerbi diuini, quæ unica & sola rectitudinis & bonitatis regula est: & fiducia auxilij diuini mandata ac necessaria uocationis officia, tranquillo ac læto

animo

animo faciat, & cunctus salutes à Deo expectet. Talis animus fiducia presentie & auxilij diuini aduersus omnes uitæ casus munitus erit, & cum Dauide magno et infracto animo canet Psalmum 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum: Nam & ipse Deus meus & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor. Et Psal. 91. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cæli commorabitur, &c. Hic inmixta solide petreæ Christo non uacillabit nec cedit malis, sed contra audentior ibit: & quicquid erit, omnem fortunam ferendo superabit.

## III.

Omnia optima sperate ab illo, & expectate consolationem eius,

**A**Ncora uitæ nostræ & galea salutis est ASPES seu certa expectatio mitigationis & depulsionis calamitatum, & liberationis ac gloriæ æternæ certo propter Christum donandæ, iuxta promissiones Dei ueracis καὶ ἀψευδῆς. Sæpe enim differt Deus liberationis ex periculis propter quatuor causas.

1. Vt nostra fides, inuocatio, patientia, spes, & cæteræ uirtutes, quæ in rebus secundis languesci-

ri &

ri & extingui solent probentur, exerceantur, crescant & audentiores fiant.

2. Vt exploretur, an uera, seria, non simulata pietas in nostro corde luceat.

3. Vt presentia & auxilium Dei in periculis humano consilio inextricabilibus illustrius conspiciatur: ac ut constet nos immediate à solo Deo adiutos esse.

4. Vt post mirandam liberationem ardentior gratitudo in nobis exerceatur.

5. Vt agnoscamus Deum non humanis cogitationibus & consilijs sed sua uoluntate & sapientia paterna uitam nostram gubernare.

Vt autem supplicij tarditatem Deus grauitate compensat: sic dilatas piorum liberationes & præmia, æterno pondere gloriæ cumulabit. Non igitur frangamur mora in periculis, sed firma spe expectemus consolationem, & contra spem in spem credamus, ut Abacuc, inquit, Si moram fecerit Dominus, expecta eum, Quia ueniens ueniet, & non tardabit. Differ, habent paruæ, contra modum magna, moræ.

ἡσυχία μὲν τὰ τῶν θεῶν, ἐς τέλος ὁ δὲ οὐκ ἀσθενῶν·  
 Ἐς τέλος ᾤψονται μὲν ἰσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίως,  
 οἱ δὲ κακοὶ ὡσπερ εἶπεν ὁ οὐ ποτ' εὐτυχοῦμεν ἄρ.  
 Lenta sunt diuina, sed finis admirabilis

Digna nam boni ferunt tandem laborum præmia,  
 Sed malos, ut & decet nunquam uidebis prosperos.

Quis



Quis unquam pudefactus est, qui in Domino sperauit. Argumentum ab exemplis, de quorum applicatione dulcissime, Psal. 33. Benedicam Dominum, admonet, cum iubet nos in exempla piorum, qui ad Deum confugientes & liberationem expectantes adiuti sunt, intueri, & simili fide ac spe liberationem petere & expectare. Accedite ad eum & illuminamini, & facies uestræ non confundentur. ISTE Pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Væ his qui desperant de Deo. Extrema patientiæ sunt, impatientia, diffidens Deo in ærumnis, & trepidans, ac inconcessa auxilia querens, ut Saul consult magicam mulierem & tandem succumbens dolori mortem sibi ipse conseiscit: Reges Iudaici discurrunt ad quærenda uaria præsidia, in Ægyptum, in Assyriam.

Hanc diffidentiam & trepidationem in periculis, nunc hac nunc illac nutantem, Esaias etiam cap. 7. & 30, grauissimè reprehendit, Vide ut scilicet, noli timere, & cor tuum ne seruet. Si non credideritis, non permanebitis. Item, Si qui ueritatis, salui eritis: In silentio & spe erit fortitudo uestra. Alterum extremum est Hypocritica tolerantia.

Qui

Qui Dominum timent credunt uerbo eius. Pij sunt patientes & cum firmo ac stabili corde in ærumnis usq; ad finem perseuerant.

## CAPVT TERTIUM.

DE PIETATE ERGA PARENTES, & de Humilitate seu Modestia, cuius pars est, Sedulitas fideliter & constanter propriæ uocationis officia necessaria faciens, & uitans πολυπραγμοσῶν, seu curiositatem superban, concionatur. Et quartum Decalogi præceptum erudita paraphrasi illustrat.

Est autem PIETAS erga parentes, uirtus, quæ parentibus & cognatis debitum amorem & honorem, tum uerbis, tum re ipsa, tum patientia tribuit.

Primum uerbis & uero corde agnoscamus & profiteamur, Parentes à Deo nobis præfectos esse, & Deum immensa beneficia, uitam, uictum, honestam disciplinam & ueram Dei agnitionem per parentes nobis impertire. Ideoq; propter Deum autorem & custodem ordinis à se instituti nos eis reuerenter subijciamus.

Secundo, Reipsa seu omnibus officijs obedientie,

tie, gratitudinis, & beneficentiæ seu ἀντιπαροχαριστίας eos colimus.

Tertio, Patientia seu ἐπιεικεία aliquas parentum infirmitates & neuos, præsertim in eorum senecta, æquo animo feramus & condonemus.

## TEXTVS TER- TII CAPITIS.

**F**ilij obedite mihi patri uestro, & ita uiuite ut feliciter agatis.

Liberis Deus iniungit, ut parentes reuerentur, & ipse uult, ut mandato matris pareant. Qui reueretur patrem suum, illius peccatis parcit Deus, & qui honorat matrem suam, ingentem sibi thesaurum congregat. Qui suspicit patrem suum, uicissim de suis liberis gaudebit, & quandocumq; orauerit, coram Deo exaudietur. Qui parentem suum reueretur, longæuius erit, & qui propter Dominum obedit consolationi erit matri suæ. Qui uerè timet Deum, reueretur & patrem suum.

suum, inseruitq; parentibus, & agnoscit suos esse maiores.

Honora patrem & matrem, cum uerbis, tum reipsa, tum patientia tua, ut uberem benedictionem accipias. Nam benedictio patris ædificat domus liberorum, Maledictio autem matris evertit eas. Noli deridere errata patris, neq; enim tibi honori est. Si patrem honores, hoc & tibi honori est. Si uero indignè tractes matrem, tibi ipsi dedecori est.

Fili mi, patrem tuum foue in senecta, & noli eum contristare, quàm diu uiuit. Toleram eum si repuerascit, noli eum contemnerè, quòd per ætatem sis uegetior.

Beneficiorum quæ patri impendis apud Deum non est obliuio, & beneficia uicissim accipies, etiamsi peccator sis. Tempore tentationis tuæ memoria erit tui, & peccata tua abluentur, ut glacies in Sole liquefcit.

Qui deserit patrem suum, pudescit,

C

&amp;

& qui contristat matrem, maledictus est coram Domino.

Fili mi, demissum te gere, accom-  
moda te humilibus. Nam melius hoc  
est quam omnia, quæ mundus conse-  
cratur. Quo maior es, eò gere te de-  
missius, tunc Dominus fauebit tibi,  
Nam Dominus est altissimus, & ta-  
men magna per humiles & afflictos  
operatur.

Ne ambias subinde conditionem  
splendidiorum, & ne cogitaueris ul-  
tra vires tuas. Quod Deus tibi iniun-  
xit, huic sedulo incumbere, Non enim  
proderit tibi, si ad ea anhelas, quæ De-  
us non iniunxit. Quod tuæ uocatio-  
nis non est, ne captes curiosus. Nam si  
attendas, iam plus tibi iniunctum est,  
quam exequi possis. Nimum enim  
fidere & sumere sibi, decepit multos,  
& eiusmodi temeritas non paucos e-  
uertit, Nam qui amat periculum, pe-  
ribit in illo, & temere agentes tandem  
successus destituit. Homo temere a-  
gens, ipse sibi plurimum consciscit  
mali

mali, & nunc hoc nunc illud dam-  
num dat. Superbia & arrogantia nun-  
quam quicquam boni peperit, neque  
aliud ex ea, quam omnia pessima fe-  
qui solent.

Filij obedite mihi patri uestro, &  
ita uiuite ut feliciter agatis.

*Propositio adhortationis ad pietatem seu obe-  
dientiam Parentibus præstandam, iuxta quartum  
præceptum.*

**Liberis Deus iniungit, ut parentes  
reuerentur.**

*Primum argumentum. Ab honesto seu man-  
dato Dei, DEVS sapientia & bonitate mi-  
randa, hunc ordinem in societate Oeconomica in-  
stituit, ut sint Parentes legitime coniuncti, ex qui-  
bus certa lege genus humanum propagetur: ac ut  
parentes liberis suis uictum, defensionem, disci-  
plinam, rerum honestarum doctrinam, & impri-  
mis ueram Christi noticiam impertiant. Et liberi  
uicissim parentibus reuerenter se subijciant & o-  
bediant. Quare propter Deum authorem & cu-  
stodem huius ordinis, & seuerissime mandantem  
obedientiam, uero corde parentibus amorem &  
honorum*

honorem debitum, & uerbis, & reip[s]a, & patientia, præstemus.

Qui reueretur patrem, illi uicissim parci Deus, & ingentem sibi thesaurum congregat.

Secundum argumentum, ab effectibus pietatis erga parentes, seu ab utili.

Ὅστις ἂν τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει.  
Ὅδ' ἔστι καὶ τῶν καὶ θανάτου θεῶν εὐλογία.  
Quisquis parentes hic pie uiuens colit.  
Is uiuus est & mortuus, carus DEO.

Qui honorat patrem suum, uicissim de liberis suis gaudebit.

Econtra qui contumelia afficit patrem suum, is à suis liberis uicissim contemnetur. Ὅσα τ' ἀνὴρ ἐπέζη, τῶν τελέος αὐτὸν ἰδέσθαι. Sicut fecisti, ita fiet tibi. Seneca.

Quod quisq; fecit, patitur, autorem scelus Repetit, suoq; premitur exemplo nocens.

Qui propter DOMINVM obedit, consolationi erit matri suæ.

Vt apud Homerum Hector complectens filium Astyanactem precatur, ut uirtute excellat, & matri

matri solatio & uoluptati sit, Χαρεῖν δ' ὄφρα ματρὶ. Versus latine redditi sunt.

O superi talem fieri concedite gnatum  
Qualis ego existo, & uirtute excellere ciues.  
Ingens ut patriæ sit præsidiumq; decusq;  
Et si quando redit cæso feliciter hoste,  
Et spolijs auctus, conclament undiq; Troes,  
Hic superat uirtute patrem. Quæ gloria gnati  
Soletur tristem matris recreetq; senectam.

Sic Epaminondas in Apophthegmatis Plutarchi letatur se Parentes adhuc uiuos gloriæ suæ spectatores habere,

Benedictio patris ædificat domus liberorum.

Gen: 49. Iacob benedicit liberis. Gen: 27. Et meminimus exempla, ubi diræ imprecationes parentum, tristes calamitates liberis accersuerunt. Recens historia de puero Friburgensi nota est.

Si patrem honores, hoc & tibi honori est.

Ὅν κ' ἔστι πολλοὶ τὸ τε κάλλιον γέρας,  
ἢ πατρὸς ἐὸ δ' ἄλξ' ἀγαθοῦ πεφυκέναι  
καὶ τοῖς τεκόνσι μᾶλλον ἡμῶν νέμεειν.  
Non maius esse liberis decus potest.  
Quàm si bonis parentibus sint editi,  
Eosq; sicuti decet, piè colant.

Patrem tuum foue in Senectâ.

Id græci nominant ἐνυπελαργῆρ. Nam Ciconiæ scribuntur parentes senio confectos alere & suis humeris gestare. Sophocles.

ὦς σφι ῥῆνται ὑπεβόσκηθ' αἰς αἰί.

Lucianus. Χαριστήρια ἑοφῶρ, Sacrificium gratitudinis debite pro nutritione. Exemplum insigne extat in historia urbis Catanæ de duobus fratribus, qui parentes senes humeris suis impositos ex incendio gestarunt.

Illis diuitiæ solæ materq; paterq;

Hanc rapiunt prædâ, mediumq; exire per ignem

Ipsò dante fidem properant. O maxima rerum

Et merito Pietas homini tutissima uirtus.

Erubere pios iuuenes attingere flammæ,

Et quacumq; ferunt illi uestigia cedunt.

## SECUNDA PARS

### CAPITIS.

Fili mi, libenter maneat in humili uitæ genere, seu demissum te gere, & accommoda te humilibus.

Vtilissima Regula uitæ, de necessarijs & proprijs nostræ uocationis laboribus modestè & fideliter obeundis, & uitanda πολυπραγμοσύνη alienis negotijs se ambitiose ingerente, hoc in loco à Syracidæ traditur, congruens cum

Pauli

Pauli dicto 1. Thes: 4. In hoc sitis ambitiosi, ut propria agatis, & laboretis proprijs manibus uestris, sicut præcepi uobis. Scimus autem seuerissimum Dei mandatum esse, ut sue uocationis labores proprios, & diuinitus mandatos, quisq; intelligat, & fideliter ac sedulo faciat, nec πολυπραγμοσύνη alienæ uocationis negotijs sese ingerat, aut neglectis necessarijs πράξεις faciat, ut scriptum est, Propria agatis. Item. Quæ tibi præcipio hæc tantum facito, non addas aliquid neq; minuas.

Feceris haud quidq;, nisi quod fecisse necesse est,

Quamq; dedit, norma est, una sequenda, Deus.

Ita hoc in loco Syracides sapientissimè præcipit, Quod Deus tibi iniunxit, huic sedulo incumbere, Quod uero tue uocationis non est, ne captes curiosus. Nam si attendis iam plus tibi iniunctum est, quam exequi possis, ut Scholasticus diligenter discat & fideliter doceat. Concionator non habeat alterum pedem in suggesto, alterum in curia, uel castris, ut Munzerus, Bernardus Rotman. Principes & gubernatores politici regant iudicia, disciplinam, pacem, curant rectè institui & foueri Ecclesias & Scholas, non instituant nouas Religiones, nec præscribant pastoribus, quid concionari debeant, ut ille ad Constantium Polypragmonē dicebat, πρὸς ἑτοῖα δ' ἰταχθεῖς, ἑτοῖα δ' ἰόντας, cum ad alia ordinatus sis, alia agis.

C 4 Est

Est autem sedulitas, pars uirtutis, quæ humilitas & à grecis ταπεινοφροσύνη, à latinis Modestia appellatur. Quæ moderatur animum, ne superbiat, nec maiora uocatione & uiribus suis appetat, sed in mediocri etiam aut humili uitæ statu, necessaria & propria uocationis officia, prælucente uero timore Dei, & fiducia auxiliij diuini, diligenter faciat, & omnes actiones & gestus regat, ut cum rectæ rationis, seu naturæ, personarum, temporum & locorum ordine congruant. Adhibeatur itaq; ad hanc tertij capitis partem illustrandam, integra doctrina de humilitate & modestia, & de sedulitate, ac de fugienda ambitione, Superbia & πολυπραγμοσύνη: ex enarratione uirtutum primi & quarti præcepti Decalogi.

Fili mi, demissum te gere, accommoda te,

Sis humilis, & modestè contineas te intra metas tuæ uocationis. Matth. II. Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris.

Quo maior es,

Quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ,  
Et faciles motus mens generosa capit.

Seneca,

Nihil magnum est quod non idem sit placidum.

Domini

Dominus faciebat tibi. x. Pet. 5. Deus superbis resistit, Humilibus autem dat gratiam. Gregorius: In Pelago Scripturæ elephas natat & agnus peditat.

2. Corinth. 12. Virtus mea per infirmitatem perficitur.

Ne ambias subinde conditionem splendidiorum,

Vsibus edocto si quidquam credis amico

Viue tibi, & longe nomina magna fuge,

Viue tibi, quantumq; potes prælustria uita,

Sæuum prælustri fulmen ad ab arce uenit.

Sis asinus quemcunq; asinum fors aspera fecit,

Qui placide sortem ferre scit, ille sapit.

Qui amat periculum peribit in illo.

πολυπραγμοσύνη erumpentes extra sui officij metas, & maiora uiribus extra uocationem suscipientes, turbant Ecclesiam & Rempublicam, & sibi ac alijs tristissimas calamitates accersunt, ut Munzerus concionator regens curiam & mouens seditionem rusticorum, interficitur. Antonius appetens totum Imperium & inferens bellum Augusto, uincitur & sibi ipsi mortem consciscit.

Dux Moscoutæ inuadens bello Principem

C 5

Tartar

Tartaricum, capitur, & ex interfecti cranio poculum fit, cum hac inscriptione. Hic aliena appetendo, propria amisit. Scholastici noctu uagantes & tumultuantes in plateis, uulnera, carcerem, uel alia incommoda sibi sponte accersunt, & ταῖρετα πῆματα ἔχουσιν.

## CAPVT QVARTVM.

**H**omo prudens libenter discit uerbum Dei, & qui amat sapientiam diligens auditor est. Non aliter atque aqua ignem extinguit: Ita elemosina extinguit peccatum, & summus remunerator postea suo tempore memor erit, & in rebus aduersis sustentabit beneficium.

Fili, noli deferere in necessitate pauperem, neque durus sis erga egenum. Ne auerferis esurientem, neque contrista inopem in egestate sua. Contristato & moesto animo ne auge moerorem, neque munus tuum subtrahere a paupere. Petitionem afflictii ne reicias,

cias, & faciem tuam ne auerte a paupere. Ne auerte oculos tuos ab inopi, ne conueratur de te. Qui fecit illum, audit orationem eius, quando sic conturbatus in corde de te conueratur.

Ne sis contentiosus in iudicio, & Iudicem tracta reuerenter. Patienter audi pauperem, sedate & beneuolē responde ei. Eripe eum, cui uis infertur, ab eo qui afficit eum iniuria. In fracto animo esto in iudicio laturus sententiam. Erga orphanos gere te tanquam patrem, & erga matrem eorum tanquam patrem familias. Sic filius tenellus eris altissimi uicissim, & dulcius te complectetur, quam mater tua.

Sapientia euehit & exaltat filios suos, & suscipit quærentes ipsam, Qui diligit eam, diligit uiram, & qui accurate inquisierit eam, ingenti læticia perfruetur. Qui tenaciter adhæret ei, plurimum honoris consequetur, & quicquid inceperit, hoc fortunabit Dominus.

Qui

Qui honorem habet uerbo Dei, hic summum cultum præstat Deo, & qui diligit illud, hunc & certo diligit Deus.

Qui obsequitur sapientiæ, hic docere potest illos, & qui adhæret ei, in tuto habitabit. Homo sincerus nasciscetur eam & posterius eius agent forteliciter.

Quamuis autem ipsa initio aliter se gerit erga eum, coniicitur in angustiam & incertitiam, probans eum, ferula sua tentans sub disciplina sua, donec inueniat sincerum, tamen rursus obuia ueniet illi in uia recta, iustificans eum, secretum suum reuelabit ei. Sin autem hypocritam inuenit, deseret eum, ut ruat & intereat.

Fili mi, obserua tempus, caue tibi à causis iniquis. Ne pudeat te pro anima tua quod iustum est fateri. Nam & pudendo peccari potest, & pudendo gratiam & honorem consequi potes. Ne respicias personam in damnum

uum tuum, neque terreat te quisquam in perditionem tuam.

Sed intrepidè testare quod iustum est, cum agitur de adiuuando proximo tuo, Nam per eiusmodi confessionem patefiet ius & ueritas.

Ne reclames ueritati sed perfer pudorem, si quo in negotio aberrares, Non pudeat te confiteri, ubi titubaris, & contra aduersum flumen ne contende.

Patrocinari stulto in causa sua noli, & potentiam ipsius ne respexeris. Veritatem propugna etiam cum periculo uitæ, & Dominus Deus dimicabit pro te.

Ne sis quemadmodum hi, qui uerbis prolixè pollicentur, & postea factis nihil præstant.

Ne sis sicut Leo in domo tua, neque tyrannicè tracta familiam tuam.

Non sit manus tua aperta ad accipiendum, clausa uero ad donandum.



**P**rima sententia de studio Verbi Dei seu doctrinae diuinitus traditæ loquitur, per quod solum Deus ueram sui agnitionem & pietatem ueram & salutem eternam nobis impertit. Et admonet, non Epicureos contemptores doctrinae, sed sapientes auditores, in quibus initia ueræ agnitionis & timoris Dei accensa sunt à Deo diligenti, & proficere: Sicut Christus, inquit. Habenti dabitur. Item, Dabit spiritum sanctum petentibus. Congruit autem prima sententia huius capituli, cum primo Psalmo, Beatus uir, qui uerbo Domini delectatur, & qui uerbum eius meditatur die & nocte, Et cum Psal. 119. Beati immaculati in uia.

Non aliter atq; aqua ignem extinguit, Ita elemosina extinguit peccatum.

**S**ecundo loco DE ELEEMOSYNIS SEU BENEFICENTIA ERGA PAUPERES concionatur: Que uirtus ad septimum & quintum præceptum pertinet: qua nullus corpori, uite, aut bonis malefacimus, sed gratuita bonitate & amore, alijs hominibus nostra ope indigentibus, nostra bona, ut doctrinam, consilium, defensionem, uictum, pecuniam, uel alia, communicamus, ubi, & quando, & quibus decet, & mediocritatem efficitur inter profusionem & sordes. Significat autem Elemosyna pro-

proprie misericordiam (à uerbo ἐλεέω) quæ est misericors & calamitatibus aliorum, præsertim bonorum aut selectorum hominum, uero corde affici, & propter Deum ac bonitatem nature humane conuenientem, lenire & depellere alijs miseris, & benefacere. Complectitur enim uocabulum Misericordia, in Prophetis, omnia beneficia, quibus alijs benefacimus, seu omnia officia dilectionis erga proximum, ut Ose. 6. Misericordiam uolo, & non Sacrificium. Hinc usitatissima phrasis est, Fecit mecum misericordiam, id est, benefecit mihi. Recitauimus autem methodicas harum uirtutum explicationes, in septimo & quinto præcepto Decalogi, & passim extant de ijs mandata & promissiones prætorum amplissimæ. Ebr. 13. Esa. 58. Matth. 10. 27. 6. Luc. 6. 2. Corinth. 8. & 9.

Candide etiam & dextrè intelligantur Encomia beneficentiæ, in hoc secundo & tertio capite Syracidæ ὑπερβολικότερος exaggerata. Non enim Elemosynæ, sed solus sanguis & obedientia filij Dei Domini nostri Iesu Christi, extinguit peccatum, et emundat nos ab omni iniquitate. Interea tamen placet Deo incoata obedientia in recedentis Fide propter Christum, et consequitur præmia in hac uita & futura. Et communicatio ueræ Euangelij doctrinae, & cohortationes ad agendam poenitentiam & credendum Euangelio assidue, quas sum-

summum beneficium esse non dubium est multorum etiam hominum, qui ad Deum conuertuntur, peccata extinguunt & delent, non quod ad meritum & efficaciam, sed tantum quod ad ministerium attinet. Cumq; Iesu Syracidæ liber sit ἐως ὁ κρυφοῦς, nulla inde testimonia ad labefactandum & euertendum dogmata Evangelij propria, quæ in alijs Canonicijs scripturæ libris tradita sunt, peti possunt.

Dominus summus remunerator, postea suo tempore memor erit. Ecclesi. ii. Sparge panem tuum super aquas, & in tempore oportuno inuenies eum.

Patienter audî pauperem, sedate & beneuole responde ei. Magistratus & Iudices uult comes seu affabiles, & iustos, defensores ac beneficos esse erga pauperes, & orphanos ac uiduas præcipuè, qui alioquin humanis præsidijs maxima ex parte destituti sunt, ut Psalm: 10. dicitur. Tibi derelictus est pauper, orphauo tu eris adiutor. Esa. i. Discite benefacere subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, &c.

Sapientia euehit & exaltat filios suos. Tertio. Rursum adhortatur nos ad amorem & studium Sapientie, seu ueræ pietatis obedientis Deo iuxta illius uerbum. Plane autem congruit cum dicto Christi, Iohan. 14. Si quis diligit

git me sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & uenimus ad eum & mansionem apud eum faciemus.

Inuitio conijcit in angustiam & inuestitiam. Huc accommodari possunt uersus Hesiodi, quos omnis uetustas admirata est.

Τῆς ἀρετῆς ἰδύωτα θεὸς προπάρουδον ἔθηκε  
Ἀθανάτος, μακρὸς δὲ καὶ ὀρθῆτος ὄμιθ' ἔσ' αὐτῶν.

καὶ ἔρχεται τὸ πρῶτον, ἐπὶ τὴν ἐξ ἀκρόμ' ἰκκαε,  
Ρυθδία μὲν ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἔσσα.

Virtutem DEVS ipse locat sudore parandam.  
Adq; ipsam uia longa homines atq; ardua ducit.  
Difficilisq; aditus primo, sed summa tenenti  
Plana deinde uia est, fuerit licet ante molesta.

Fili mi, caue tibi à causis iniquis,  
ne pudeat te pro anima tua quod iustum est fateri,

Quarto. DE CONSTANTIA IN CONFESSIONE PRÆCIPIT, quæ est ueram doctrinam & rectas sententias & iustas causas, testimonio uocis & patrocinio nostro constanter tueri, & propugnare, nec ullius hominis potentia, terroribus, edijs, uel gratia moueri ut uel falsæ doctrine & iniuste cause patrocinemur,

cinemur, uel ueritatis & iusticie confessionem  
& patrocinium deseramus. Hec uirtus necessa-  
rium presidium & munimentum est omnium  
uirtutum ceterarum, & ad secundum & octa-  
uum preceptum pertinet, complectiturq; uerita-  
tem, iusticiam, confessionem, constantiam, Docili-  
tatem & uicinas uirtutes, quarum explicatio ex  
Decalogo repetatur. Sit autem initio mens certa  
de ueritate, ne propter falsæ aut fanaticæ doctri-  
næ aut iniuste causæ defensionem, periculum sub-  
cat, & Rempublicam turbet. Ideo omnium pri-  
mum iubet cauere sibi à causis iniquis.

Ne pudeat te pro anima tua, quod  
Œc.

Vt Paulus inquit, Non pudet me Euangelij. Io-  
hannes Baptista Herodi ueritatem dicit. Demar-  
tus Xerxi: καὶ τὸ ἀρχιερεὺς ἐπίστυλον, ὅτι  
ἀληθινὴν ἡγεώμην ἐν τοῖς βασιλεῦσι ἐπι-  
πέει, id est, etiamsi ante orationis initium sciebat,  
se ueritate utentem, Regi grata dicturum non ef-  
Œ.

Respicias personam in damnatum  
tui.

Ἀμφοῖν ἄλλ' ἕναυτ' εὐλαβῶν, δεῖον προσημαῖν  
εἶναι ἀληθῆ ἄρα. Cum uterq; & preceptor &  
ueritas, amicus sit, tamen iustum est ueritatem an-  
teferri.

Necq;

Necq; terreat te quisquam. Vt Hieremias  
nullis terroribus aut supplicijs frangi potest, ut  
Zedechie regi bellum suadeat.

Ne reclames ueritati, sed perfer pur-  
dorem, si quo in negotio aberrares.

DOCILITAS EST uirtus, qua frenan-  
tur animi, ne arroganter de se sentiant, nec super-  
be contemnunt aliorum iudicia, sed recte monen-  
tes & docentes audiunt, & conuicti ueris argu-  
mentis libenter cedunt, & fateantur errorem, &  
simul uictor & uictus Deo pro inuenta ueritate  
gratis agant, Vt Augustinus de multis doctrine  
Christiane partibus, suos errores confitetur in li-  
bris retractationum & confessionum. Hippo-  
crates ingenuè fatetur futuras humani capitis si-  
bi ignotas fuisse. Huc pertinent dicta: Cur nesci-  
re pudens prauis, quam discere malo. Item. Erra-  
re humanum est, perseuerare in erroribus Diabo-  
licum. Item. Οὐ γὰρ πῶ δεῖμας τοῦ ὀρθοῦ λέ-  
γοντα μὴ σωζομένους. Non ses est recte dicenti  
non assentiri. Item. τὰ μὲν πείθουσιν, τὰ δὲ πείθου-  
μεν, id est, Quaedam persuadens, in quibusdam  
sibi persuaderi sicens.

Ne sis, ut hi qui uerbis prolixè pol-  
licentur, &c.

D z Ne

Ne sis, sicut Leo, in domo tua, neque &c.

Non sit manus tua aperta ad accipiendum.

*Postremæ tres sententiæ, Primò lenitatem promissionum, pugnantem cum ueritate: Secundò, Tyrannidem in familia, pugnantem cum humanitate & mansuetudine: Tertio, Sordes seu auaritiam, pugnantem cum beneficentiâ, prohibent. Pietas, Pudor, Fides,*

*Prinuata bona sunt: qua iuuat reges eant.*

## CAPVT QVIN- TVM.

**N**OLI confidere in opibus tuis, & ne cogita, habeo pro me, constabiliui res meas. Non geras quicquam secundum libidinem tuam, etiam si possis. Non indulgeas cupiditati tuæ. Ne cogitaueris: Quis potest me prohibere? Dominus enim uindex ille supremus ulciscetur. Vide ne cogites, tamen antea quoque peccaui, Nam  
Domini

Dominus quidem patiens est, impunitatem tamen te non dimittet. Non sis adeo securus, etiam si ad peccata aliquid quando Deus conniueat, ut porro pergas peccare. Noli cogitare, Deus ualde est misericors, non sumet peccatas quantumcunque peccem, Breui potest tam inardescere ira, quam est misericors, & aduersus impios ingens omnino & infinita est ira eius.

Ne differas conuerti ad Dominum, neque hoc extrahas de die in diem, Ira enim illius subito ingruit, ulciscetur id, & perdet te.

Ne confidas in opibus male partis, Neque enim profunt quicquam in hora tentationum.

Ne agiteris à quouis uento, neque quamuis semitam sequaris, quemadmodum animi parum constantes faciunt, Sed sis constans in uerbo tuo, & sanam doctrinam retine. Sis paratus ad audiendum, & responde quod rectum est, neque præcipitanter agas

quicquam. Si intelligis fatis causam, edoceto proximum tuum. Sin minus, occlude os tuum. Loqui enim adfert honorem, loqui item adfert ignominiam, Et hominem saepe sui ipsius lingua euerit.

Ne sis susurro, neque cuiquam detrahas lingua tua. Turpissima quidem res est, esse furem, at longè foedius est, esse detractorem. Ne parui facias, seu exiguum sit siue magnum, in quo obrectas, Non commoueat te quicquid, ut erga amicum, mutes uoluntatem, Nam eiusmodi obrectatores tandem pudefiunt.

**P**rima sententia, prohibet Fiduciam pecunia & opibus tanquam certis & firmis aduersus omnia mala praesidijs, magis quam Deo nitentem. Quae proprie pugnat cum primo precepto, cum Fide in Deo super omnia acquiescente & certo statuente se Deo curae esse, & ab ipso uictum, defensionem & alia bona accipere.

Ne cogita sat habeo pro me.

Con=

Conferte Christi concionem aduersus Auaritiam & sollicitudinem Deo dissidentem, Matth. 6. Luc. 12. Anima mea, habes bona multa, quiesce, comede, bibe, latere &c.

Non geras quicquam secundum libidinem tuam, etiam si possis &c.

**S**equens concio prohibet Securitatem, quae sine cura seu sine metu irae & iudicij diuini ac poenarum indulget omnibus cupiditatibus & sceleribus. Haec proprie pugnat cum primo precepto. Virtus opposita est Timor Dei, quo agnoscetes horrendam Deitatem & poenis aduersus peccata, uero corde de peccatis admissis mature poenitentiam agimus, & deinceps à delictis abstinemus, & omnia utraque consilia & actiones ad normam uoluntatis & uerbi diuini gubernamus.

Semper autem maxima pars generis humani uiuit in perpetuo stupore, negligente iram & iudicium Dei, & omnibus libidinibus frenos laxante, eò liberius, qui non statim Deus omnes fontes poenis obruit. Sed interdum eas aliquantisper differt, ut spatium poenitentiae miseris concedat. Hac mora, qua ad salutem suam homines uti, &

D 4 pro

pro qua Deo gratias agere debebant, pleriq; ad confirmandam securitatem & cumulanda scelera abutuntur, ideo & poenæ tandem horribiliter cumulantur. Lento enim gradu ad uindictam sui diuina procedit ira, & tarditatem supplicij grauitate compensat.

Nec quisquam hominum speret se impune sua scelera laturum esse. Sicut inquit, Iob, Verebar omnia opera mea, sciens Domine quod non parcis delinquenti. Hec doctrina ad locum communitatem de Providentia Dei & poenis scelerum pertinet. Et congruunt similia dicta apud Ethnicos, ut, εὐρε θεός τῆ ἀλί ἔσσι· ἔχθ θεός ἐκδικῶν ὄμμα. Inuenit iniustum & cernit DEVS omnia uindex. Plato. θεῶν αἰεὶ ξυπέτεται δίκη τῶν ἀπολαπομένων τῆ δειῶν νόμος ἡμωρὸς· ἕξ ὁ εὐδαμονήσων μέλλων αἰεὶ μέτοχός ἐστιν. DEVM semper comitatur Iusticia, puniens eos qui legem Dei uident. Et de tarditate ac mora, quam Deus in præmijs & poenis distribuendis interdum necit, dignæ memoria sunt sententiæ Euripidis. χρόνια μὲν τὰ τῆ θεῶν, ἔξ τέλει δ' οὐκ ἀδενῆ. Quando opem differt Deus tum finis est conspectior. Et Sophoclis. θεοὶ γὰρ εὖ μὲν ὅτι εἰσορῶσ' ὅταν τὰ δῶ' ἀφείξ ἕξ ἐἰς τὸ μακροῦθα ἕσπῃ· Punit Deus sero quidem, sed duriter.

Huc

Huc primum, 2. 3. 4. & 5. caput Sapientiæ pertinet. Et Plutarchi libellus, περὶ τῆ ὑποῦ τῆ θεῶν βραδείας ἡμωρῶν.

In primis autem in hac concione Syracidæ admonitio de poenitentia mature agenda, & non de die in diem differenda, obseruetur & ad usum transferatur.

### Non confidas in opibus.

Repetit primam capitis sententiam, & inserit reprehensionem ἀρχοκροδείας congruentem cum uersu Hesiodi.

Μὴ κακὰ κροδαίνας, κακὰ κέρδεα ἴσ' ἔτησιν.  
Ne male lucreris, mala lucra aquila damnis.

Ne agiteris à quouis uento neque quamuis semitam sequaris.

Sequens pars quinti capitis usq; ad finem, continet doctrinam octauæ Præcepti, DE VERITATE ET CONSTANTIA ET MODERATO AC PRVDENTI VSV LINGVÆ, ET FVGIENDA OBTRACTATIONE.

Primum autem monet uitandam esse leuitatem & inconstantiam subinde mutantem senten-

D 5 tias,

rius, uoluntates, consilia, mores, studia & actiones. Huic uicio opposita uirtus est CONSTANTIA, quæ est perseverantia in ueritate, quæ in omni cogitatione & doctrina de Deo, in officijs nostræ uocationis, in moribus, & omnibus uitæ consilijs sermonibus & actionibus, certam & immotam normam ueritatis & iustitiæ in uerbo Dei traditam sequimur: & ad hanc regulam omnia uitæ consilia dirigimus, & eadem uera, recta & iusta perpetuo æquabiliter eligimus, dicimus & facimus. Utitur autem Synacides hoc in loco duabus Metaphoris à uento & uia sumptis, quibus Paulus etiam Ephes. 4. usus est, cum inquit, Deum instituisse & conseruare ministerium Euangelij, excitatis subinde Doctoribus & ministris salutaribus, ut perueniamus omnes ad unam fidem & agnitionem Filij Dei, nec sicut pueri fluctuemus & circumferemur omni uento doctrine, per imposturas hominum, quibus latente uia adoruntur, ut nos seducant &c.

Neq̃ quamuis semitam sequaris.

Seneca. Qui quo destinauit, peruenire uult, unam sequi uiam, non per multas uagari debet: non ire istud, sed errare est.

Sis paratus ad audiendum.

Isob.

Isob. 1. Sit omnis homo uelox ad audiendum & discendum, tardus ad loquendum. Potest ad Docilitatem, & comitatem in alijs audiendis referri.

Et responde quod rectum est.

Præceptum de ueritate. Dicis uera, recta, explicata, congruentia cum re ipsa & cum norma rectitudinis in mente diuina, reuelata in uerbo Dei.

Neque præcipitanter agas quicquam.

GRAUITAS est uirtus, quæ uera, iusta, necessaria, sapienter cogitata & recte intellecta, conuenienti tempore & loco dicit & facit. Ut Demosthenes dixit, Se non modo scripta, sed etiam sculpta, si possit, dicturum esse. Quia improbum ciuem esse iudicat, qui de rebus magnis loqui audeat, re non diu ante multamq̃ cogitata. Extrema sunt Leuitas seu stupor: & leuitas seu, Præcipitantiæ: de qua Bias dixit, Ne cito loquaris, est enim insanie indicium. Item. Ad poenitendum properat, cito qui iudicat.

Si intelligis fati causam, edoceto proximum tuum.

Isocrates.

Isocrates. δύο ποιῶ χρόνους τῷ λέγειν ἢ πρὸς ὧν οἶδα, σαφῶς, ἢ πρὸς ὧν ἀναγκασίον ἐπιτέρω, ἢ τοῖς ἄλλοις ἀμείνων σιγῶν ἢ λέγειν.  
 Duo facias tempora loquendi, aut de ijs quæ explorate tibi perspecta & cognita sunt, aut de quibus necesse est dicere. In alijs melius est tacere quam loqui.

Hominem sæpe sua ipsius lingua euertit.

Euripides. ἀχαλίνωσιν σωματέων τὸ τὲν λόγον δὲ συχίον. Linguae effrenis finis est calamitas.

Ne sis susurro, neque cuiquam detrahas lingua tua.

Prohibet Obrectationem, quæ aliorum famam arrodit, & de absentibus malè loquitur, uel falsa crimina illi tribuens, uel recte facta aut excusabilia deprauans, uel errata aliqua & nauos in immensum amplificans & late spargens.

Propriè pugnat cum candore & ueritate.

Longe fœdus est esse detractor rem quam furem.

Quia fur bona externa tantummodo, Obrectator autem bonam famam & existimationem, quæ uita carior est, clanculum alteri eripere conatur.

## CAPVT SEX. TVM.

TRES PARTES.

- I. De candore.
- II. De amicis Perfidis & fidis.
- III. De studio Sapientie seu Pietatis uero.

NE uidearis tibi ipsi nimis sapiens, Nut quosuis facile culpes, ne folia tua marcescant, & fructus tui decedant, ne quando & tu sis instar arboris exarescentis, Nam eiusmodi homo uirulentus nocet sibi ipsi, & coram inimicis suis erit ludibrio. Contra, qui omnia in bonam partem interpretantur, conciliant sibi amicos multos, Et qui in negotijs æquos se præbent, erga se quoque alios uicissim æquos inuenient.

Erga omnes sis comis & beneuolus, inter mille autem uix uni fidus, Ne cui amico confidas, nisi tibi in ne-



ecessitate, exploratus sit, multi enim sunt amici, sua commoda uenantes, uerum in necessitate non perdurant. Et plerique amici sunt, qui leui inomento inimici fiunt; tum sic acerbi, ut si uel parricidium de te nossent, proferrent foras. Plerique etiam sunt amici mensę, ac ne hi quidem in necessitate perdurant. Tantisper, dum res tibi sunt secundę, adiunctus tibi manet, & domesticę tibi conuersatur, ac si ipse sit paterfamilias. Verum fortuna inclinata, contra te agit, neque inueniri se patitur.

Segrega te ab inimicis tuis, at nihilo secius ab amicis etiam caue. Firmus amicus fortis est munitio, hunc qui habet, thesaurum magnum possidet. Sincerus amicus, auro & opibus omnibus preciosior est. Amicus fidus solatio est in omni uita. Qui Deum timet, eiusmodi amicum nanciscitur. Nam timentem Deum cultura amicorum cędet foeliciter, & sicuti ipse fuerit, ita & amicus eius erit.

Fili

Fili mi, sapientię te educandum prebeas, inde a teneris, & in uirum sapientem euades. Ceras te erga eam, non aliter atque colens agrum & seminans, et expectato fructus uberrimos. Ad breue tempus propter eam ferro labores & arumnas, & ne dubita, cito fructuum eius particeps eris. Subamarata quidem est illa hominibus in exercitatis, & homo contemptor ac impatientis non manebit apud illam, Est enim illi sicut lapis Lydius, aut sicut fornax aurum probans, cito resilit ab ea. Gloriantur quidem isti multum de sapientiā, & tamen omnis sapientię rudes sunt.

Fili mi, audi doctrinam meam, noli aspernari consilium meum, prebe pedes tuos compeidibus illius, & ceruicem tuam iugo eius, Submitte humeros tuos ad ferendam illam, & ne obliucteris uinculis illius. Amplectere illam toto corde, ex toris uiribus tuis perdura in uis, eius: Si inuestigaris eam,

eam,

eam, & quæſieris illam, inuenies eam, Vbi naſtus eam fueris, neutiquam di-  
mitte illam. Nam in ipſa tandem con-  
ſolationem habebis, & triſtitia tua  
uertetur in gaudium. Compedes il-  
lius erunt tibi protectio fortis, & ca-  
tena eius ueſtitus ſplendidus. Corona  
aurea eſt illi, & purpura regia in capi-  
te eius. Hunc ornatum indues, & hac  
excellenti corona ornaberis.

Fili mi, ſi obſequi uoles, ſapiens e-  
ris, ſi animum adieceris, prudens eua-  
des. Si aurem præbueris huic, ſapien-  
tiam comparabis. Libenter conuerſa-  
ſare ſenioribus, & ubi uirum ſapien-  
tem uideris, huic te adiunge.

Audi libenter uerbum Dei, & at-  
tentus auſculta electis dictis ſapien-  
tiæ. Vbi uideris uirum prudentem,  
capta conſuetudinem illius, & ſubin-  
de frequenta limen eius. Meditare  
ſemper mandatum Dei, & indefinen-  
ter rumina uerbum illius. Hic reddet  
cor tuum perfectum, & dabit tibi ſa-  
pientiam, iuxta optata tua.

Primus

Primus locus eſt de CANDORE, qui  
eſt uirtus uolens bonis bene eſſe, & probabili  
ratione aliorum uoluntates, recte dicta & facta  
approbans, nec de aliorum uoluntatibus, dictis aut  
factis ſiniſtrè ſuſpicans, aut male loquens: Que-  
dam etiam ambigua in meliorem partem interpre-  
tans.

Referru potest ad quintum & octauum Præ-  
ceptum. Et cognata uirtus eſt Simplicitati &  
Eὐμενείᾳ: de qua noti ſunt Nazianzeni uerſi-  
culi.

Εἰς ὁὐδὲν ἔφλωρον καὶ πρόδορον τὸ πρῶτον.  
οὐκ ἔγωγε γὰρ οὐκ ἔγωγε ἑὶ δὲ ἑὶ ἑὶ ἑὶ ἑὶ.

Peccare ſi te ſcis, tibiq; ignoſcitur,  
Sis mitior: nam mitibus fauet Deus.

Ita hic inquit Syracides. Qui in negotijs ea  
quos ſe præbent, erga ſe quoq; alios uiciſſim æquos  
inuenient.

Erga omnes ſis comis & beneuo-  
lus: inter mille autem uix uni fidas.

Extrema Candoris ſunt Maleuolentia, Suſpi-  
cactas, Diffidentia, Obtreſtatio, Maledicentia,  
&c. Et ſtulta Credulitas, qua probabili ratione,  
omnibus credit, & omnes ſinceros & fideles ami-  
cos eſſe putat: & amicorum uoluntatibus & au-  
xilij, tanquam firmis & inmotis præſidijs, con-  
fidit.

E

fidit. Hanc leuitatem & stultam confidentiam hoc in loco prohibet Syraciæes, & præcipit σὺ φρονᾷ ἐπιστάρις οὐκ ἐστὶ δουρὲν ῥησιμώτερον ἔροτοῖς, id est, prudentem diffidentiam, quia nihil utilius est hominibus. Iubet considerare & explorare hominum uoluntates, & probabili ratione amicis confidere & diffidere. Hac occasione de Amicis perfidis & fidis, splendidissimas sententias Syracides intexit, quæ una cum cæteris cap. 12. 13. & alibi expositis, ad quinti præcepti uirtutes, Amicitiam, Fidelitatem, & Candorem referantur.

Dum res tibi sunt secundæ, adiun-  
ctus tibi manet.

τὴν γὰρ ποικίλως γε ζωχράφει φίλος.

Varie solet Fortuna amicos pingere.

Donec eris foelix, multos numerabis amicos,  
&c.

Fortuna inclinata non inueniri se  
patitur.

Ut Pompeius, Cicerone damnato & implo-  
randi auxilij causa in suam domum ueniente, per  
posticum egressus est.

Ab amicis etiam caue.

Ut Antigones aiebat Sacerdotem, qui sacrifi-  
cabat quotidie Dijs, ut se aduersus amicos defen-  
derent.

derent. Nam ab inimicis manifestis sibi ipse cauere  
mediocri circumspectione poterat.

Sincerus amicus auro & opibus  
omnibus preciosior est.

Ut apud Herodotum, Darius Rex Persarum  
ad Histieum scribit, κτημάτων πάντων εἶναι  
τιμιώτατον ἄνδρα φίλον ἑωυτοῦ τε καὶ ἑωσοῦ.  
Omnibus thesauris preciosiorem esse Amicum  
prudentem & beneuolum.

Euripides. πῖσος οὐ κακοῖς ἀνὴρ  
κρείσσον γαλῶνε ναυτίλοισι ἐσορᾷ.

Amicus in malis amico est grator

Quam nauigantibus serenitas maris.

Fili mi Sapientiæ te educandum  
præbeas, inde à teneris.

Tertius locus, Repetit adhortationem ad stu-  
dium Sapientiæ seu ueræ agnitionis Dei, & ueræ  
pietatis & obedientiæ erga Deum, iuxta doctri-  
nam ab ipso traditam. Sunt autem in textu multe  
dulces figuræ, quibus diligentiam, intentionem,  
curam, assiduitatem & laborem in colenda Sapi-  
entia significat, ut cum instar agricolæ iubet la-  
bores graues, in discenda doctrina à Deo tradita  
& regenda disciplina, suscipere & fructus uber-

rimos ac dulcissimos expectare, ut Isocrates etiam dicere solitus est, Radices Sapientie amaras esse, fructus autem iucundissimos.

Deinde iubet præbere aures, pedes, ceruicem, humeros, deniq; cor ipsum Sapientie regendum. Norma enim uitæ, & regula omnium consiliorum & actionum nostrarum, esse debet Doctrina in uerbo Dei tradita.

Fili mi si obsequi uoles, sapiens eris,

Postremo, causas Sapientie efficientes recenset quatuor.

Primo, Diligentiam & studium nostrum ardens & indefessum, in audienda & discenda doctrina à Deo tradita.

Secundo, Verbum Dei diligenter auditum, lectum, cogitatum.

Tertio, Preceptores senes, θεοδιδάκτους, & doctrina, pietate ac usu rerum excultos, de quibus digna memoria sunt hæc Syracidæ uerba. Ἐδὲ ἰδὴς ἀνδρῶν σωτηρῶν, ὁρῶντες πρὸς αὐτῶν, καὶ βαδίζουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἐκ τῆς ἐπιπέτου ὁ ποῦς σου. Si uideris uirum intelligentem, mane festines ad eum, & limen ianue eius atterat pes tuus.

Quarta & principalis causa est, DEVS ipse, per uerbum & spiritum Sanctum suum, mentes nostras uera agnitione sui illustrans, & ad ueram

ueram pietatem & uirtutes & corda sic elens, & in omnibus uite consilijs & actionibus gubernans.

## CAPVT SEPTIMUM.

**N**Oli operari malum, ne malum accidat tibi. Caue à malo, ne obruat te calamitas. Ne seras in agro iniquitatis, ne metas septuplum.

Noli te obtrudere ad munera publica coram Deo, neq; ambito, ut potens sis apud Regem, existimes ibi te satis idoneum esse coram Deo. Neq; putes te satis prudentem esse, ut inferuas Regi. Noli cupidè ambire Magistratum. Nam tuis consilijs & uirisibus non omnia iniusta corriges, posses & tu forsàn metuere à potentiore, & per dedecus discedere à iure.

Non moueto seditionem in ciuitate, nec adhæreas uulgo, ne plectaris dupliciter, Neque enim quicquam

eiusmodi impune abit. Ne cogites, Deus pro hoc mea magna sacrificia acceptabit, & cum coram altissimo hostiam obtulero, placabitur.

Cum oraueris, noli hæsitare, Non sis segn̄is ad dandam eleemosynam.

Noli deridere tristem & afflictum, Nam est, qui deprimere potest & euehere.

Ne mendacia fingas aduersus fratrem aut amicum tuum, Non assuefacias te ad mendacium, nam hac praua consuetudine nihil est nocentius.

Ne sis loquax apud seniores, & cum oras, tempera à multiloquio,

Non moleste feras difficultates, quæ in agricultura incidunt, aut quærendo uictu, Nam Deus hoc ita creauit.

Noli te sic consolari, quod ingens sit multitudo tecum similiter peccantium, sed cogita non longè abesse peccatam, Resipisce ergo ex animo. Nam ignis æternus, & uermis qui non moritur,

ritur, ultio tandem impendet super impios.

Noli relinquere amicum tuum propter opes, neq; fidum fratrem tuum propter optimum aurum.

Noli repudiare uxorem prudentem & pudicam, preciosior est enim quouis auro.

Seruum fidelem & operarium diligentem, noli tractare crudeliter. Seruum bonum dilige, & non obstas, quominus liber fiat.

Si sunt tibi pecora, cura illa, si commodum tibi adferunt, serua ea.

Si habes liberos, educato eos, & flecte ceruicem eorum à teneris.

Si filias habes, custodi corpora earum, neq; petulantiam in eis feras.

Elocato filiam tuam, & opus fecisti excellens, dato eam uiro prudenti.

Si uxorem habes tibi Charam, quam diligis, non patiaris tibi perfurari, ut repudies eam, neq; credas matre uolæ, neque fidito linguæ obtractrici.

Honora patrem ex animo, neque obliuiscaris quanti tu confiteris matrituæ. Memento quod ex illis progenatus es, Et quid tu rependere potes pro his ingentibus beneficijs?

Time Dominum ex toto corde, & Sacerdotes eius omni honore uenerare religiose.

Illum qui te creauit, dilige ex totis uiribus, et ministros eius non deseras.

In summa, Time Dominum, honora Sacerdotes, da illis partem eorum, ut in Lege præceptum est tibi de primitijs, sacrificijs pro peccato, libaminibus & omnibus quæ sanctificantur in oblationem, & omne genus primitiarum.

Porrige pauperi manum tuam, ut opulentam benedictionem uicissim nanciscaris, & tuis beneficijs concilies tibi omnes homines uiuentes, adeoque & mortuis non desis officio tuo.

Plorantes sine solatio non relinque, Flero autem cum flentibus.

Non

Non graueris uisitare egrotos, nam propter illos à Domino diligeris.

Quicquid agis, exitum rei perpende, & nunquam operaberis malum.

**V**arias & multiplices Sententias, de plurimarum uirtutum officijs continet, quas in XV. capita distribuemus.

Noli operari malum, ne malum accidat tibi.

Primum de Iustitia uniuersali, uitantem omnia delicta seu mala cum uoluntate & lege Dei purgantia, præcipit, addita ter repetita comminatione pœnæ, congruente cum dictis. δι' αὐτῶ καὶ καὶ τὸ ἄνθρωπος ἄλλως καὶ καὶ τὸ ἄνθρωπος.

Ipse sibi nocet is, alium qui ledere querit.

Item. ἢ δὲ κακὴ βελὴ τῶν βουλευσάντων κακίση.

Consiliumq; malum res pessima consultori est.

Ὅτι αὐτὸς ἄνθρωπος ἐποίησεν, τοῦτον τὸ τέλος αὐτὸν ἴκωσεν.

Qualia uir faciet, tali quoq; sine peribit.

Noli te protrudere ad munera publica.

Secundo, DE MODESTIA FRENANTE AMBITIONEM, quæ fiducia

E 5 pro-

proprie sapientia, industria & uirium sese effert, & functiones suis uiribus maiores, in sublimi fastigio uite, inordinate adpetit, & extra proprie uocationis metas erumpit, ut:

Magna petit Phaethon, & quae non uiribus istis  
Munera conueniunt, nec tam puerilibus annis.

Ita Icarus, cum nimis sublimia cogitat & concipit aethera mente, liquefactis alis horribili casu decedit & submergitur. Sic omnes ambitiosi & temerarij, sublimia affectantes, et suis uiribus maiora mouentes, uel statim in primo conatu opprimuntur, uel tolluntur in altum, ut lapsu grauiore ruant. In primis autē Syracides eorum Superbiam & Hypocrisim reprehendit, qui suae ambitioni nomen Dei & gloriae diuinæ ac salutis publicæ praetextunt: & inordinate irruentes in aliorum functiones Ecclesiasticas uel Politicas, confidunt & iactitant se plura & maiora, ad Dei gloriam & Ecclesiae ac Reipublicae salutem, facturos esse, quam eos, qui legitime ad eas functiones uocati sunt. Huic ambitioni opponatur Pauli regula, Vnusquisq; in uocatione, in qua uocatus est, maneat. Item, in hoc sitis ambitiosi, ut quieti sitis & propria agatis.

Non omnia iniusta corriges.

Plato dicit Legumlatores & Magistratus,  
qui omnia errata & uicia corrigere & punire  
uolunt

uolunt, Hydrae caput secare, cuius uno capite resecto, tria noua renascuntur.

Non moueto seditionem in ciuitate,  
nec adhaereas uulgo.

III. De iustitia seu Obedientia erga Magistratum, non mouente seditionem, rapiendae dominationis causa, & fugiente societatem uulgi seditiosi: Propter Deum, qui sapientia & bonitate ac iusticia sua ordinem & gradus Magistratum & subditorum distinxit, & obedientiam sancit & horribilibus poenis sceleratos afficiens, hunc contra furores seditionum defendit. Est autem Seditio, ut in locis definitur, motus Subditorum, qui inuadunt armis magistratum, a quo non sunt affecti notorij iniurijs, & quando non seruatur modus defensionis, sed rapitur dominatio. Hanc seuerissime prohibet Deus, Roman. 13. Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, & Prouerb. 24. Time Dominum fili mi, & Regem, & cum seditionis ne commiscaris, quia repente ueniet perditio eorum: ut exempla Coræ, Absolonis, Catillinae, Bruti, Cassij, Iudeorum & aliorum innumerabilium ostendunt, Adolescentes Pindari dictum meminerint: Facile est turbare ciuitatem etiam ignobili, Sed in tranquillum statum restituere difficile est, nisi  
Deus

Deus ipse Duces gubernet. Ρεδιουρ σειςσα ποδλιρ και φαυροτεροις, αλλ επι χωρας αυθεις εσαι δυααλες δη γινεται δζαπινας, ει μη θεος ηγεμδνεσι κυβερνητηρ γχνηται. Item Phocides. Δαφ μη τιςδυε.

Ne cogites, Deus pro hoc magna sacrificia acceptabit .

Plato. Ου παραγεται ο θεος υπο δωρων ως οικισης, αλλ υποβλεπει προς πτω ψυχων αν υς οσιοι και δίκουθ αν τυγχανα. Non flectitur Deus muneribus sicut senerator, sed animum intuetur, an is sanctus & iustus sit.

Cum oraueris, noli hæsitare.

III. De uera Dei inuocatione, cui prælucri oportet fidem, non dubitantem, quis sit uerus Deus, quem compellat, aut quæ sit Dei uoluntas, & an nostras preces recipiat & exaudiat, sed certo statuentem ab unico uero æterno Deo patre Domini nostri IESV Christi, propter filium Mediatorem certo suas preces recipi & exaudiri, iuxta ipsius promissiones. Vt in secundo præcepto doctrina de inuocatione copiose recitata est, & Iacob. I. dicitur. Oret in fide, nihil hesitans.

Non

Non sis segnis ad dandum Eleemosynam.

V. De Eleemosynis seu beneficentia erga pauperes in septimo præcepto explicatum est.

Noli deridere tristem & afflictum.

VI. De Misericordia, quæ non est επιχολεουακος, non letatur aliorum, præsertim bonorum, miserijs & ærumnis, ut Semei Dauidem afflictum & tristem deridet, 2. Reg. 16. Sed uera eorum συμπαιθετα afflictur, ijsq; pro uirili opem fert & ærumnas lenit.

Ne mendacia fingas aduersus fratrem .

VII. De Veritate non comminiscente falsas eriminationes aduersus alios, & mendacia, quorum multæ & uariæ species sunt, ut Calumnia, obreftationes, conuicia, suspitiones, maledicentia, Sophistica, Hypocrisis &c. de quibus in octaui præcepti enarratione diximus. Adolescentes hæc dicta meminerint: Salomonis, Abominatio est coram Deo labium mendax. Isocrates ad Nicoclem. Sic colas ueritatem ut tuis uerbis maior fides habeatur, quam aliorum iuramentis. Aristoteles interrogatus quid lucrarentur mendaces, respon-



respondit, ut etiam, cum uera dicunt, non eis cre-  
datur.

Ne sis loquax apud Seniores, &  
cum oras &c.

VIII. De frenanda Garrulitate præsertim in  
congressibus sapientum & senum: & uitanda  
battologia in precando, quam Christus etiam,  
Matth. 6. prohibet.

De Loquacitate nota est Salomonis sententia,  
In multiloquio non deerit peccatum, qui autem  
moderatur labii sui, prudens est, & Hesiodi  
γλῶσσις τοι θεσσαυρὸς ἐν ἀνθρώποισι ἄριστος  
φειδολής, πλείων δὲ χάρις ἢ ἡ μετῆρος ἰσότης  
Optimus est hominis lingue thesaurus, & ingens  
Gratia, quæ parcis metitur singula uerbis

Virtus opposita Garrulitati est moderatus u-  
sus lingue & σιγὴ ἔνκαυρος, de qua Plutarchus  
inquit. σοφὸν καὶ σιγὴν ἔνκαυρον καὶ πᾶσι  
λόγος κρείττονος, Sapientis est tempestiue tacere,  
idq; omni oratione melius est.

Non moleste feras difficultates  
quæ in agricultura &c.

IX. De Sedulitate, diligenter & fideliter  
ac constanter faciente labores uocationi conue-  
nientes:

nientes: præsertim in agricultura, quam omnium  
ceterarum artium matrem & nutricem Xenoda-  
phon appellat, & aliis in querendo uictu, quem  
propriarum manuum labore parari iubet Deus.  
2. Theß: 3. Qui non laborat non manducet, &  
1. Theß: 4. & Psal. 128. Labores manuum tuarum  
manducabis. Et in hoc argumento bona pars car-  
minis Hesiodi, præsertim in secundo libro, consu-  
mitur.

Ἐργάζου νότια Πέρση

ἔργα, τὰ ἐνθρώποισι θεοὶ διετεκμήρωτο.

O Persa stulte, labora,

iniungere homini Diuum sacra iussa laborem.

Noli te sic consolari, quod ingens  
sit.

X. Repetit adhortationem ad Poenitentiam  
mature & ex animo agendam, addita æternarum  
poenarum comminatione, sumptis uerbis ex fine  
Esaiæ, Vermis eorum non morietur, & ignis eo-  
rum non extinguetur: quæ animi simul & cor-  
poris cruciatus æternos describunt, & imprimis  
horribiles pauores, anxietatem, fugam, mæro-  
rem, fremitum & indignationem aduersus De-  
um, & acerbissimos morsus & cruciatus conscia  
entis ex suorum scelerum cogitatione & sensu  
iræ Dei inflictos.

Noli

Noli relinquere amicum tuum propter opes.

XI. De fidelitate seu Constantia in tua benevolentia & officijs amicitiae debitis.

Euripides.

Οσως δὲ πλῆστον ἢ δένος μάλλον εἴλωρ  
Αγαθῶν κερκιδῶν βέλεται, κακῶς φρονεῖ.

Opes potentiamq; quisquis antefert,  
Bonis amicis, ille sentit improbe.

Item Plato in Lyside. Βουλοίμην εἴλωρ  
ἀγαθῶν μάλλον ἢ τὸ Δαρεῖς χρύσιον κτήσασθαι.  
Malim amicum bonum, quam Darij Persarum  
Regis aurum possidere.

Noli repudiare uxorem prudentem &c.

XII. Sequuntur ὁμονομικὰ πρᾶξια ὅστω, quæ ad 6. & 4. Decalogi præceptum referantur.

I. De amore & Fide coniugali, quam honestus maritus debet pudicæ & prudententi matrisfamilias: cuius imaginem illustrem describit Salomon Prouerb. 31. Erant autem lege Moysis concessa diuortia Deut. 24. Matth. 19.

Seruum fidelem, & operarum diligentem,

2. De

2. De Humanitate & beneficentia erga seruos & mercenarios fideles, Nam ut Euripides inquit.  
ἐν τοῖς δούλοισιν ἀπολύω φέρει  
πῶμα, τὰ δ' ἄλλα πάντα ἢ ἴσ' ἐλευθέρων  
οὐδέ τις κακίωρ δούλου, ὅστις ἐδούλος ἦ.

Est unicum seruis pudori maxime  
Nomen, in omnibus pares sunt liberis  
Nec peior est seruus fidelis libero.

Si sunt tibi pecora, cura illa si &c.

3. De cura rei pecuarie: quam inter præcipuas rei familiaris partes, antiqui patres & Reges coluerunt.

Si habes liberos, educato eos, &c.

4. De liberorum educatione pia & diligenti. Paulus Ephes. 6. & Plutarchus in aureo libello περὶ παιδῶν ἀγωγῆς, grauissimè præcipiunt: Plato.

Ὅτι ὅτι περὶ ὅτις πατρὸς ἀνθρώπου  
βουλεύσεται, ἢ περὶ ὀρθῆς παιδείας, ἢ αὐτῶν  
ἢ ἡ αὐτοῦ οικίῳ. De nulla re diuiniore  
homo deliberare potest, quam de recta sui suorumq; educatione.

Si filias habes, custodi corpora, &c.

F

5. D

5. De Pudicitia filiarum diligenter tuenda. Nam teste Salomone, foemina formosa & impudica, similis est porcae aureum torquem gestanti.

Elocato filiam tuam, & opus fecisti &c.

6. De filiabus prudenter elocandis, & in generis eligendis, maiorem prudentiae, et pietatis, ac industriae, quam nobilitatis & opum rationem habendam esse, monet, ut Marcus Antonius Imperator, non qui longam generis seriem praeserent, aut qui opes nimias ostentarent, sed qui morum probitate atq; modestia, uideq; innocentia praecellerent, eos sibi generos diligendos putauit. Et Themistocles dicebat, malle se uirum pecunia, quam pecuniam uiro indigentem.

Si uxorem habes tibi Charam.

7. De sincero & ardenti amore & fide conjugali, non indulgente suspicionibus diffidentiae, &c. nec credente falsis delationibus quae animum à coniuge alienaturae sunt.

Honora patrem.

8. De pietate erga Parentes.

Time Dominum ex toto corde.

Decimum tertium caput. De Pietate & Reuerentia Deo & ministris Euangelij debita: Completitur Primum & tertium preceptum Decalogi. Agnoscamus autem ingens beneficium Dei, quod ministerium uerbi sui instituit ac conseruat: & hoc modo nobis à peccato & potestate Diaboli liberatis, iustitiam & uitam aeternam restituit.

Venremur etiam religiose & tuamur ministerium Euangelij & ministros fideles, & Deum oremus ut eos adiuuet & gubernet.

Recitat autem Syracides tria officia Sacerdotibus debita. Primum, Honorem seu Reuerentiam agnoscentem eos diuino officio fungi, & Deo gratis agentem, quod ministrorum uoce sibi aeternam Ecclesiam colligit.

Secundo, Obedientiam in his, quae ad ministerium pertinent.

Tertio, Oblationes primitiarum & uictimarum ex quibus partes certae, uidelicet, pectus & humeri alendis Sacerdotibus tribuebantur. Exod. 29. Inde metaphorā in uerbo  $\delta\epsilon\ \delta\omicron\tau\omicron\ \mu\epsilon\ \epsilon\pi$  sumpsit Paulus 2. Timoth. 2. Lex de primogenitis hominum & primitiis frugum, farinae, panum &c. Deo offerendis, extat Exod. 13. Leuitici 23. Num. 15. Dent. 15.

Time

F 2 Monca

Monēbat autem hęc Lex, Dei uoluntatem & ordinationem esse, ut qui Euangelium annuntiant, ex Euangelio uiuant: & Deum uite nostre & rerum omnium ad uite sustentationem pertinentium datorem esse: Et primam hominum curam esse dābere, ut Deum agnoscant & ei obediānt, Matth. 6. Primum querite Regnum Dei & iusticiam eius, & cętera adijcientur uobis.

Porrigē pauperi manum tuam.

XIII. DE BENEFICENTIA erga Pauperes, & alios homines uiuos & mortuos: Nam horum corpora religiose sepeliri & condilachrymis perfusa fidelibus ossa, in honorem & ssem resurrectionis debent. Vt Tobias sepelit corpora interfectorum ā Senacherib Tobias 1. & 2. & Theseus apud Euripidem, lauat ipse suis manibus ducum ad Thebas interfectorum cadauera, addens hanc honestissimam sui facti rationem. Οὐκ εἶχον ἄνθρωποισιρ ἀλλήλων κακὰ. Non est probrum alterius malo nos affici.

Plorantes sine solatio non relinque.

Vicina uirtus Beneficentię est MISERICORDIA quę afficitur sensu alienę miserię & calamitatis, pręsertim piorum: & opitulatur miseris

miseris, & omnibus officijs lenire eis dolores & erumnas studet. Vicia opposita sunt. Inhumanitas erga miseros & egrotos seu crudelitas. Item, ἐπιχαρκεκάλει gaudens & ridens in aliorum miseris. Item, Indulgentia.

Quicquid agis exitum rei perpende, &c.

XV. DE PRVDENTIA, quę ἐμαρπύσωσι ἢ ὀπίσω λείψαι ὅπως ὄχ' ἄριστα μετ' ἀμφοτέροισι γέγκται.

Ante simul retroq; uidet bene quid sit agendum:

Et in omni deliberatione & actione primo finem certum & metam Deo placentem constituit, ad quem omnia consilia & actiones uelut sagittas ad scopum dirigit. ὀρίζεται γούρ' ἕκασορ τῶ τέλει. Vnumquodq; enim aestimatur sine. Deinde media ad illum finem assequendum utilia, & rectā ducuntia, prudenter eligit & diligenter facit. Et, τὰ μηδὲρ ὠφελούτα μὴ ποιεῖ μακτῶν. Frustra nec in rebus laborat friuolis.

Sic actiones laudabiles & exitus faelices consequentur, ut Aristoteles in Politicis inquit.

Διὸ ὅσι ἄν οἷς γίνεται τὸ εὖ πάσι. Ἐρ μὲν ἄν τῶ τῶρ σκοπῶρ κέσθαι, καὶ τὸ τέλει ἄν πρῶξωρ ἄρῶς. Ἐρ δὲ τας πρὸς τὸ τέλει φέρσας πρῶξας εὐρισκαρ. Duo sunt quę omnes

actiones bonas & laudabiles efficiunt: Vnum ut scopus & finis actionum recte constituatur, deinde ut media ad finem ducenti recte eliganter.

Præcipue autem monet hæc Syracide sententia, Normam consiliorum & actionum vite nostre, Legem Dei esse debere. Nec ullas actiones impias & iniustas aut non necessarias suscipi oportere. Has enim regulariter exitus tristis & infelix comitatur.

ἔμπαρμύδιον γὰρ τῶν κακῶν βουλευμάτων, κακὰς ἀμοιβὰς ἔσι καρποῦσθαι βροτοῦς.  
Fatale prorsus est, malis mortalium  
Panas rependi pessimas, conatibus.

## CAPVT OCTA

V V M.

**N**Oli contendere litibus cum potentiori, ne incidas in manus illius. Non contendas cum opulentiori, ne præponderent tibi opes eius. Multi corrumpuntur pecunia, & sæpe mouet hæc etiam corda Regum. Ne accende rixando hominem uerbo sum, neque quasi lingua comportans  
alas

alas flammam eius. Noli iocis ludere cum ingenijs agrestibus & natura horridis, ne contumelia afficiant familiariam tuam.

Noli exprobrare peccata illi, qui resipiscit, cogita & nos omnes obnoxios esse peccato.

Noli contemptui habere senes, nam & tu optas senescere.

Noli latari, si moritur inimicus tuus, memento & nos morituros esse.

Noli contemnere sermones sapientum, sed dictis eorum obtempera. Nam ab ipsis discere potes, quomodo te gerere debeas coram magnis uiris, & hominibus præcellentibus.

Ne existimes te prudentiorem esse se senioribus, nam & ipsi à patribus suis didicerant, & ab ipsis discere potes, quomodo respondendum sit suo loco & tempore.

Ne insuffla in ignem impij, ne & tu comburaris. Noli irritare calumniantem, ne inuertat tibi uerba tua.

F 4 Noli

Noli illi mutuum dare qui te est potentior, si autem mutuas, amissum putato.

Noli fide iubere ultra vires tuas, si autem fide iusseris, cogita tibi hoc solvendum esse.

Noli litigare cum Magistratu, nam sæpe ad libitum eius fertur sententia.

Noli conuersari plus satis audacibus, ne præcipiteris in periculum, Parant enim quod uolunt, tuq; postea propter stulticiam illorum plecteris.

Noli rixari cum iracundo, neq; fors in itinere adiungas te illi. Nam sanguinem effundere, non huius facit, & si nemo succurrat, occidet te.

Cum stultis non inito consilium, neque enim ulla re serio afficiuntur, Coram ignoto & extraneo ne facias quod celandum putes, nam quis scit, quid hinc exoriri possit? Ne aperias cor tuum cuius, ne gratiam malam auferas.

Noli

Noli contendere litibus cum potentiori.

**I**nitio quedam PRVDENTIÆ præcepta recitat: quæ est iuxta rectam rationem regere actiones uirtutum & aliarum rerum utilium uel inutilium. Monet autem Syracides non litigandum esse cum potentioribus, sed uilius esse habere Patientiam & dimidium retinere potius quam totum incerto litis euentu persequi. Hesiodus. Νῆπιοι, δὸν κ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἢ μισοῦ πᾶν τὸς: Stulti non sciunt dimidium esse plus toto. Item: ἄφρων δ' ὅς κ' ἐδέλεψ' πρὸς κρείσσονας ἀνὺφροῖς

(Σαρ  
Νίκης τε σέρετη, πρὸς δ' αἰὸν εἶπ' ἄλγεα πάροχ'·  
Est stolidus qui se maiori opponere tentat,  
Vincitur, atq; refert magnū cum clade pudorem,

Monet item non rixandum esse aut iocis ludendum, cum iracundis & agrestibus, iuxta illud Euripideum.

Δυσὶν λεγόντοισι πατέρου θυμὸν μὴ  
ὁ μὴ ἀνὺφρων τοῖς λόγοις σοφώτερος,  
Cum differentes inter, iratus, duos,  
Est alter, ille qui tacet prudentior.

Et uulgo fertur Distichon ἀκομφορ, sed tamen bona & utilis sententia.  
Hoc scio pro certo, quod si cum stercore certo,  
Vino uel uincor, semper ego maculor.

F 5

Noli

Noli exprobare peccata illi, qui res  
sispiscit.

II. Secundo præcipit ἘΠΙΕΙΚΕΙΑΝ seu Æ-  
quiritatem remittentem aliquid de summo iure, nec  
exprobrantem alijs peccata & lapsus, eos præfer-  
tim, de quibus penitentiam egerunt: Sed condo-  
nantem etiam ueras iniurias, & publicæ concor-  
diæ causa, & quia nobis quoq; in hac nostra im-  
becillitate, aliorum misericordii opus est.

καὶ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς ποτὲ μὲν κακὸς ἄλλοτε,  
δ' ἑσθλός.

Vir bonus interdum bonus est, mox labitur idem.

ἔιδ' οἰδ' αὖς ὄφλωρ καὶ πρόσχησ' οὐ τὸ πρῶτον  
ὄντω γὰρ ὄντω. Ἐθεῶ σαθμίζεται.

Peccare si te seis, tibiq; ignoscitur.

Sis mitis, namq; mitibus fauet Deus.

Noli contempui habere fenes.

III. DE REVERENTIA erga maiores  
natu, quos parentum loco uenerari, fouere &  
honore afficere debemus, ut Legati Lacedæmonij  
Athenis in theatro seni ingredienti assurgunt &  
de loco cedunt.

Noli lætari si moritur inimicus  
tuus.

III. Pro-

IIII. Prohibet Ἐπιχολορευτικὰς lætantem  
aliorum morte & calamitatibus, quæ subito mo-  
mento nos quoq; opprimere possunt. Cuiq; enim  
accidere potest cuiquam quod accidit. Et mors  
præsertim omnes homines pariter deuorat.

Πῶς ἡ γὰρ θνητὸς ἔφυ μόρ. Et  
Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.

Noli contemnere sermones sa-  
pientum.

V. DE DOCILITATE frenante ar-  
rogantiam, & σοφοδοξίαν inanem, admiratione  
propriæ sapientiæ contemnentem aliorum iudi-  
cia.

Quales Plato describit, ἀντιδιδάκτους seu  
δοξασόφους in Theeteto, οὐδὲ γίνεται ἤν-  
τοις τῶν ἐτέρων. Ἐτέρη μαθητικῆς, ἀλλὰ αὐτό-  
ματοι ἀναφύοντες ὑπέβην ἄρ τιχοι ἕκαστος  
αὐτῶν ἐμνησθίσεως, καὶ ὁ ἐτέρος τὸν ἐτόσον  
ἑσδὲρ ἤγεται εἰδέναι.

Econtra Socrates,  
ἐκὶ ἀποκρίσεται μὲν ἄναρ ἀλλὰ πωδάνεται  
ἢ ἐρωτῶν, καὶ χαρὶν πόλλων ἔχει τῶ ἀποκρι-  
νομένων, id est, Socratem non pudet discere,  
sed alios audit & interrogat, & magnam grati-  
am habet respondententi. Et de Republica, inquit,  
eum, qui Sapiens & doctus euadere cupiat, oportet  
ἐπιλομαθῆναι ἐπιλήκοον καὶ ζητητικὸν εἶναι.

Ne

## Ne insuffles in ignem impij.

VI. Non sunt adiuuanda consilia & actiones iniuste, ne una cum auditoribus in horrendas peccatas nos precipitemus.

## Noli irritare calumniatorem.

VII. PRVDENTIA non præbens alijs occasionem maledicentiæ & calumniandi. Cum autem non sit remedium aduersus Sycophantæ morsum: studeamus in timore Dei propria nostræ uocationis officia recte facere, & bonam conscientiam retinere, & Sycophantarum reprehensiones patienter toleremus & negligamus, ut de Seuero imp: Dion inquit, Fuisse eum ἐμμελή & πρακτέων, ἀμελή δὲ ἦν περὶ αὐτῶν λόγων πομπύων, id est, intentum in ea que erant agenda, & negligentum fabellarum que de eo spargebantur.

Noli mutuum dare illi, qui te est potentior,

Noli fide iubere.

VIII. Dissuadet Mutuationes & sponsiones temerarias, quia pauci sunt ueraces, & fideles ac iusti in seruandis pactis.

Con-

Congruit cum prima sententia Prouerbiū Germanicum, Non esse mutuo dandam pecuniam illi, coram quo caput aperire & genua flectere creditorem oporteat. Et uniuersaliter, Qui libenter accipit mutuo, non libenter soluit. Apud Plutarchum Perseus quidam mutuans amico pecuniam, in foro publicè & coram iudicibus cum illo transigebat. Et mirante illo & dicente, οὐτως ὡς ἰσθῆται νομικῶς? Νου, εἶπε, ἵνα Οὐδὲν κῶς ἐπολάσω, καὶ μὴ νομικῶς ἀπαυτίσω. Usitatissimum, enim est, ut Creditores, sua ipsorum pecunia, cum eam repossunt, sibi ex amicis inimicos faciunt. πρὶν ἂν λάβῃ τίσουσι, ἀτὰρ συγέουσι λαβόντες.

Cum possunt laudant: odio sectantur, habentes.

De sponsionibus notum est germanicum Proverbiū Bürgen sol man würgen/ Congruens, cum Greco, quod soribus templi Delphici inscriptum erat. Ἐγγύα, πέρα δ' ἄτη Sponde, dandum præsto est. Nam A TEN à loue ex caelo delectam, in his terris apud Ἐγγύων diuertisse, & cum ea desponsatam esse fingunt. Homerus Odyf: θ.

Δελαὶ τοὶ δείλω καὶ ἔγγυα ἔγγυάαδαι qui uersus ita construi debet. ἔγγυα sunt δελαὶ ἔγγυάαδαι ἀντὶ δείλω, Sponsiones sunt misere seu leues, spondentes inquam pro leuibus.

Noli



Noli litigare cum Magistratu.

Congruit cum prima sententia huius capituli.

Noli conuersari plus satis audacibus.

**I X** *Sequentes sententiæ sodalitia praua prohibent, quibus implicati multi, alienorum furorum pœnas luere una coguntur, et tristissimis calamitatibus sepe aliorum culpa attractis inuoluuntur. Theognis:*

κακῶσι δὲ μὴ προσομίλει.  
ἐὸ δὲ λῶν μὲν γούρ' ἂν τὸ ἐὸ δὲ λα μανείσεισιν, ἦρ δὲ  
κακῶσι

Συμμιχθῆς, ἀπολθῆς καὶ τὸν εἶντα νόον.  
Conuersare bonis, et ab his bona plurima disces  
Cum prauis uiuens tu quoque prauus eris.

Plato.

τὰς ἀπὸ κακῶν ξανθίας φεῦγε ἀμετασφραγί.

Coram ignoto ne facias quod celandum putes.

Prohibet futilitatem temere enunciantem et facientem omnia apud quosuis, Pugnare cum Taciturnitate Prudenti: que in doloribus et aerumnis precipue, multo utilior est, quam querelæ impatientes. Nam in silentio et spe sita est fortitudo nostra Esa: 30. et Ebraei ac germani prouerbum habent. Tace et feras רומה רומה

CAPVT

## CAPVT NONVM.

**N**E zelotypus sis super uxore puella tua, nam nimia zelotypia nihil adfert boni. Ne imperium feras muliebri, ne prorsus dominetur tibi, Fuge amicas, ne incidas in laqueos earum, ne assuefacias te ad Psaltriam, ne capiat te illecebris suis. Noli respicere ad puellas, ne accendaris erga eas. Vide ne adhaereas scortis, et iacturam facultatum tuarum facias, Non iacta ceruicem huc illuc respiciens, nec per omnes angulos discurrere.

Auerte faciem tuam a pulcris formosis, neque forma te alienarum moueat. Formosae enim mulieres decepterunt multos, et male cupiditates hinc inardescunt quasi ignis. Non asideas mulieri alienae, non amplectaris eam, neque conuiueris cum ea, ne cor tuum adhaereat illi, tuusque animus captiuetur.

Noli relinquere amicum ueterem, neque enim nosti an tanti ille nouus futurus

futu-

futurus sit. Nouus amicus est sicut mustum nouum, uide an ætatem ferat, & erit dulcis tibi.

Non te moueat, si impiũ uideas florere honoribus, Nam ignoras euentum fortunæ illius. Noli approbare cepta impiorum, Nam non resipiscunt donec ad inferos descendant. Nimia familiaritate ne conuersare ijs, qui potestatem habent uitæ & necis, ne incidas in periculum mortis. Si autem cogaris conuersari potentibus, uide ne alicubi impingas, & subeas uitæ descrimen cum minime cogitas, Scias te inter medios laqueos ingredi, & ambulare, quasi in summis fastigijs turrium.

Explora accurratè proximum tuum. Consilio indigens, utere opera sapientum, & cum prudentibus habeto colloquium, omniaq; negotia tua exiige ad uerbum Dei. Adiunge te bonis hominibus, & latere cum eis, hoc ipsum tamen in timore Dei.

Quinq;

Quinq; locos continet. I. DE CONIUGIO & CASTITATE ac amore coniuiali, & uitandis libidimbus uagis: perti- nens ad VI. præceptum Decalogi.

Indidit autem Deus menti humana intellectum & notitiam uirtutum, & tum ceteras uirtutes, Iustitiam, ueritatem, beneficentiam &c. tum uero castitatem seuerissime in lege sua præcipit, & horribilibus poenis sceleratos plectit, ut agnoscamus Deum esse iustum, ueracem, beneficum, castum &c. & harum uirtutum attributione cum à Diabolis & hominibus turpitudine uiciorum pollutis discernamus. Cumq; CASTITAS Deo placens sit, uel in cœlibe uita, sine ulla commixtione & contaminatione corporum & sine flammis impudicis, animi & corporis munditiam retinere, uel Coniugij ordinem, mirando Dei consilio sancitum seruare: seuerissime præcipit Deus omnibus ad puritatem uitæ cœlibis non idoneis, ut in coniu- gij legibus reuerenter tuendis ipsi obediant.

Est autem hic ordo & lex Coniugij diuinitus sancita, ut unus mas & una femina legitime & inseparabiliter iuncti simul uiuant, συμφύεες σάρκασι, ὁμόφρονες, ἐυσθείνετε κέν ἕορ ἢ ἑτέροις ποθέειν διύγοντες ὁμοιοῦ: Copulati mutuo uero, sincero, dulci & non uago amore: non appetant alios uel alias, sed uni soli suo con-

G

uigi

iugi corpus castum & sanctum utrinque seruent.  
Talem sincerum & suauem ac fidum amorem mu-  
tuum, expertem suspitionum, Zelotypie, merosi-  
tatis, fastidij & omnium flammarum, extra con-  
iugij metas uagantium, requirit hoc in loco Syra-  
cides, Ne zelotypus sis super uxore tua pudica, id  
est, non diffidas pudicitie uxoris tue, non indul-  
geas suspitionibus, sed sit sincerus, simplex, dulcis  
& fidus amor mutuus, quem imagine caprea &  
hinnuli Salomon prouerb: 5. pingit.

**Fuge amicas, ne incidas in laqueos earum.**

Reliqua tota concio iubet uitare uagas libidi-  
nes, & earum irritamenta, & illecebrarum oc-  
casiones. Nam uitare peccata & calamitates, est  
uitare occasiones peccatorum & calamitatum.

**Noli respicere ad puellas, ne accen-  
daris.**

Nam, ἐν τῷ ὄραμ γίνεταί τὸ ἐράμ. An nescis t  
oculi sunt in amore duces. Ideo Christus, Matth:  
5. iubet oculos precipue regere & frenare ne  
uagentur. Sophocles.

ἐφῶ μὲν, τὸν δ' ἔρωδ' ὅπως ἔχω  
ἐί μοι δέμις, θέλω μὲν ἄμ: εἰδὲ μὴ, πᾶρες  
Amo quidem, sed sic amo, fas ut mihi  
si sit, uelim: si non, nihil curans, sinam.

Noli

**Noli relinquere amicum ueterem.**

II. De Amicis ueteribus non temere mutandis.  
Est enim talis humanorum animorum Inconstan-  
tia & uelubilitas, ut presentia bona & presentes  
amicos facile fastidiant, & appetant nouos. Sicut  
enim mustum & edulia quedam, initio dulcia,  
deinde acescunt & insuauia fiunt: ita amici ini-  
tio dulces, postea fastidiuntur. Ἐσι δὲ τὸ ἐπλωῶς  
ἰδὲ τὸ τελευτῶν: ἐοικὸς ἔστι τῶν χρέων. ut Aristo-  
telis loquitur, utens hac ipsa similitudine de mu-  
sto, quam Syracides hoc in loco usurpat. Plautus.  
Is amicus est, qui in re dubia, re iuuat, ubi re opus  
est. Isocrates, iubet liberes, ut patrimonij, ita eti-  
am amicorum patris hereditatem adire.

**Non te moueat si impium uideas  
florere.**

III. Doctrina & consolatio est opponenda  
scandalo felicitatis impiorum, qui aliquantisper  
florēt, sed tandem certo & horribiliter puniuntur.  
Pertinet ad primum Preceptum. Ego sum  
Dominus Deus fortis Zelotes, uisitans iniquita-  
tem, &c. Huc pertinet totus Psalmus 36. Noli  
emulari in malignantibus. Et 72. Quam bonus  
Israël Deus. Claudianus.

G z Sed

Sed cum res hominum tanta caligine uolui  
Aspicerem, letosq; diu florere nocentes,  
Vexariq; pios, rursus labefacta cadebat  
Religio &c. Sed tolluntur in altum  
Ut lapsu grauiore ruant.

Nimia familiaritate ne conuersare  
illis, qui habent potestatem.

MODESTIÆ & PRVDENTIÆ  
pars est, mediocri uite statu contentum uiuere,  
nec functiones nimis amplas & sublimes, aut po-  
tentum familiaritates periculosas & infidas ex-  
petere, ut in Ouidij uersibus præcipitur:

Vsibus edocto si quicquam credis amico,  
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.  
Viue tibi, quantumq; potes prelustria uita,  
Sæuum prelustri fulmen ab arce uenit.

Et Soloni ad Cræsum Regem Lydorum eunti,  
Æsopus subiecit. Cum Regibus ἠκρίσῃ ἢ ἠδίσῃ,  
aut quam paucissima aut gratissima loquenda esse.  
Ita Callisteni in aulam Alexandri proficiscenti A-  
ristoteles præcipit, ut linguam prudenter frenet:  
Quia uitæ & necis potestatem in cuspide linguæ  
gestet. Pericles.

Δυσφύλακτον ἐστὶ σωκιδεῖα τὸ πρὸς δόξαν  
σεμνόν.

Nimia familiaritas facit contemptum.

Omnia

Omnia negotia tua exige ad uer-  
bum Dei.

Regula uite humane & norma omnium  
consiliorum & actionum nostrarum, in agnitio-  
ne & cultu Dei, & gubernatione uite, unica &  
immota esse debet VERBUM DEI seu Do-  
ctrina à Deo tradita, ut in Psalmo dicitur. Lucer-  
na pedibus meis uerbum tuum. Et notum est Epi-  
gramma, quod hanc & superiorem sententiam il-  
lustrat.

Feceris haud quicq; nisi quod fecisse necesse est,  
Quamq; dedit, norma est una sequenda, Deus.  
Et fugito turbam, nisi cum Respub: poscit  
Congressus modicos, futile turba malum est.  
Nec tibi curabis multos adiungere amicos,  
Rara hæc sunt, Candor, Gratia, iusta fides.  
Præcipue uero remis uelisque potentum  
Eucosas fugito cautus amicitias.

Adiunge te bonis amicis & lætare  
cum eis.

Ecclesi: 9. Vade & comede cum letitia pa-  
nem tuum, & bibe in gaudio uinum tuum. Quia  
Deo placeant opera tua.

# CAPVT DE CIMVM.

**O**pus ipsum celebrat artificem, & Principem prudentem res gestæ illius. In publicis consilijs nihil nocentius homine uerboso, Et qui præceps ad loquendum est, pudefiet. Sapiens Princeps grauius se gerit, & ubi Prudens Magistratus est, ibi omnia suo ordine procedunt, Sicut est Princeps, ita & præfecti, Sicut est Senatus, ita & ciues. Rex turbulentus perdit Rempublicam, cum autem potentes sapiunt, florent urbes.

Gubernatio Rerumpub: est in manu Dei, ille nonnunquam dat bonos Magistratus. In manu Dei est, ut magistratibus & potentibus aliquid succedat foeliciter, ille enim dat consiliarios dignos, & Scribam dignum laudè,

Ne omnia ad uitium reseces in puniendis delictis, Nec priuatis affectibus

tribus indulge, cum debes exercere iudicium. Deus enim & homines oderunt superbos, nam contra utrosque peccant.

Propter Tyrannidem, iniuriam & auaritiam, transferuntur regna, ab uno populo in alium.

Ut quid gloriatur terra & cinis? cum homo nihil aliud sit, quam sordidum lutum etiam cum uiuit, & ut maximè medici omnem artem faciendo consumant, tandem uiuis hinc rerum finis est, Hodie in regno, cras cadauer. Mortuum autem hominem serpentes & uermes consumunt.

Hic fons omnis superbiæ est, quando homo à Deo deficit, & cor suum à Creatore suo auertit, & sic superbit, ut uariè peccet. Qui huic luto immergitur, abominationes multas parit.

Ideo Deus omnibus temporibus superbos pudefecit, & tandem horribiliter euertit, Deus potentes Principes

pes decussit de sede, & exaltauit abie-  
ctos. Deus superbas gentes eradica-  
uit, & loco ipsarum reposuit humiles  
& afflictos. Deus terras gentium ma-  
gnarum uastauit & deleuit funditus,  
Passus est eas exarescere, uastari, no-  
menq; earum extingui super terram.

Quod homo superbus est & cru-  
delis, non est creatum à Deo, Sed qui  
Deum timet, ille glorificabitur, qui  
autem uiolat præcepta Dei, is confun-  
detur.

Qui timent Deum, honorant Prin-  
cipem, atq; ideo custodit eos.

Necq; diues, necq; pauper, necq; ma-  
gnus, necq; paruus, in alia re gloriatur,  
quàm quod timent Deum.

Plane flagitiosum est, contemnere  
pium & prudentem pauperem, & di-  
uitem impium honorare.

Magni sunt, magnocq; in honore  
sunt Principes, magnates & potentes,  
tàm magni autem non sunt, quam il-  
le, qui timet Dominum.

Seruo

Seruo sapienti obsequitur Domi-  
nus, & prudens Dominus non ideo  
murmurat.

Gerens Magistratum, non perti-  
naciter tui capitis cogitata propugna-  
to, Noli superbire tunc, cum homines  
indigent opera tua.

Melius est ut quis suæ seruiat uoca-  
tioni, & benedicatur à Deo, quàm ut  
multis se implicans, ad mendicitatem  
redigatur.

Fili, in rebus aduersis ingenti sis as-  
nimo, atq; uocationi huic firmus ins-  
hære, ad quam Deus te uocauit. Nam  
eum, qui de uocatione sua dubitat,  
quis seruabit? Et quomodo ille ho-  
norem suum tuebitur, qui ipse de uo-  
catione incertus est?

Pleriq; pauperes in honore sunt,  
propter ingenium & prudentiam, di-  
uites uerò propter opes. Si autem sa-  
pientia laudatur in paupere, quantò  
commendatior erit in diuite? Et quod  
diuitem deformat, multo magis de-  
format pauperem.

G 5 Sapienz

Sapientia pauperis euehit eum, ponitq; ad latus Principum.

Noli magnificare quenquam propter magnum splendorem, aut speciem externam, neq; contempnas ullum propter speciem contemptibilem, Nam ualde exigua uolucris est apis, & tamen mel producit, succum dulcissimum.

Noli superbire in splendore uestitum; neq; fastu turgescere in die gloriae, Nam mirabilis est Deus in operibus suis, neq; ullus mortalium scit, quid facturus sit.

Multi Regum & tyrannorum coacti sunt sedere in puluere, & diadema repente impositum est illis, de quibus non cogitabatur. Multi magni domini subito euersi sunt, & multi potentissimi in manus aliorum uenerunt.

Noli condemnare ullum, causa non cognita, cognosce primum, deinde de poena statue.

Noli ferre sententiam re non audita, di-

ta, dicant primum causam, qui audiuntur.

Ne te admisceas negotijs alienis, neque absideas iniustam ferentibus sententiam.

*Summam doctrinae Politicae de Magistratibus & de officijs ac uirtutibus bono Principi conuenientibus complectitur: Quae ut facilius intellegi & memoria comprehendi à iunioribus possit, praecipuos huius capituli locos numeris distribuam.*

Primum igitur sciamus, Dei opus esse & miranda Dei sapientia institutum esse, et conseruari in genere humano, ORDINE POLITICVM, quo in ciuili hominum societate distincti sunt gradus Magistratum & Subditorum, & sanctae Leges de singulorum officijs & moribus, instituta Coniugia, contractus, iudicia, poena sceleratorum, defensio innocentum, artes honestae, legitima tributa, distinctio familiarum, educatio primae aetatis in Oeconomjs & Scholis &c. Quibus uinculis homines in ciuitatib. & imperijs Deus deuinxit & consociauit, ut in coetu & frequentia hominū alij alijs uerim de Deo et Redemptore nostro Iesu Christo Doctrinam tradere & late propagare possent, & sua cōfessione & exemplis omnium uirtutū alij alios ad ueri Dei agnitionem

nem & celebrationem et mutue dilectionis officia exercenda inuitarent. Ac ut in his ipsis Politicæ societatis uinculis, testimonia sapientiæ, bonitatis, iustitiæ, & præsentie Dei inter homines illustra conspicerentur. Nam Legis diuinæ noticia, quæ Regula & norma est totius ordinis politici, & distinctio eorum, qui regunt & reguntur, & iudicia legitima, demonstrant sapientiam Dei. Bonitatem uero ostendunt plurima beneficia, quæ per Magistratum Deus nobis impertit, uidelicet, conseruatio pacis, defensio nostræ uitæ & facultatum, communicatio rerum necessariorum per contractus. Item doctrina, Disciplina, &c. Iusticiam Dei, Leges ipse præcipientes iusta, & prohibentes iniusta, & pœnæ scelerum scruera, Item æqualitas in contractibus declarant.

Præsentiam uerò Dei in genere humano ipsa societatis humanæ conseruatio, & Magistratuum defensio miranda, & pœnæ atrocium scelerum diuinæ, & Heroicorum Principum ardentibus ad uirtutem impetus, & felices in rebus gerendis successus, lucidissime demonstrant.

Hæc testimonia & uestigia Dei in Imperijs & ciuitatibus attentè consideremus, quotiescunq; de Magistratu Politico disputatur. Et propter Deum autorem & custodem ordinis Politici, ueræ cordis reuerentia Magistratu obediamus: & Deum contumaciæ uindictam esse non dubitemus,

Sicut

Sicut in hoc capite Syracides præcipit. Qui timeant Deum, honorant Principem, atq; ideo custodit eos. Et Prouerb. 24. Time Dominum Fili mi, & Regem, & cum seditionis ne commiscearis. Et familiariter nota sit omnibus sedes materiæ de Magistratu Politico, Romanos 13. quæ ad hanc Syracidæ concionem illustrandam referatur. In qua hoc quoq; considerandum est, quod non modo ordinem Politicum per sese, Dei opus esse, & à Deo conseruari, uerumetiam Personas gubernatorum salutarium & scelicium, Dei dona esse & à Deo excitari & iuari ac defendi, docet, his uerbis: Gubernatio rerum publicarum in manu Dei est, ille nonnunquam dat bonos Magistratus, ut Ioseph, Dauid, Salomonem, Iosaphat, Constantinum Magnum, Carolum Magnum &c. horum cursus scelix & generi humano salutaris est. Econtra cum personæ non sunt à Deo excitatæ nec iuantur à Deo, sed sunt uasa iræ & organa Diaboli ac scelerum omnium: tetræ confusionibus & dissipationibus ordo politicus turbatur. Precemur itaq; Deum ardentibus uotis. ut pios prudentes & salutare gubernatores nostris Politijs tribuat. Et hæc uicia personarum Deo displicentium, ab ipso officio Magistratus, & ordine Politico, qui Dei opus est, diligenter & accuratis limitibus segregemus. Et sunt in conspectu similia scripturæ & aliorum Sapientum dicta, ut

Psal.



Psal. 143. *Qui das salutem regibus.* Psal. 127. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem frustra uigilat qui* & c. Plato *veμ. cap. d. pag 237.* Vbi in ciuitatibus non Deus ipse, sed mortalis aliquis tantummodo imperat, ibi malorum & arumnarum nullam est effugium.

II. *Sententie de officio & uirtutibus bono Principi, seu Magistratui conuenientibus expendantur.*

Est autem bonus Princeps seu Magistratus, persona à Deo ordinata, ut iuxta normam Legis Dei, & alias sue Republicæ leges honestas, regat subditorum mores, & bonos ac recte facientes defendat & ornet, contumaces uero & sceleratos gladio puniat, & pacem conseruet, propter hunc finem principalem, ut in pace uera de Deo doctrina late spargi, & homines ad ueram Dei agnitionem & omnia pietatis & cæterarum uirtutum officia assueferi, & colligi Deo aterna Ecclesia possit.

Prudens Magistratus est qui finem seu officia sui muneris recte intelligit, & media ad eum finem ducentia prospicit, & in medijs illis eligendis, & omnibus officij sui partibus cbenandis, præstat intentionem animi, uigilantiam & assiduitatem debitam.

Sunt autem officia boni Magistratus præcipua.

I. Regere

I. *Regere iuxta legem Dei & alias congruentes Leges, disciplinam & mores subditorum.*

II. *Bonos & obediētes defendere & ornare.*

III. *Sceleratos seuerè punire.*

IIII. *Tueri pacem repressis latrocinijs, seditionibus & alijs sceleribus.*

V. *Paterno animo descendere corpora & facultates subditorum, ut Xenophon inquit. Bonus Princeps nihil differt à patre bono.*

VI. *Excitare & fouere Ecclesias & studia Doctrinarum & artium bonarum Esa. 49. Et Reges erunt nutritij tui & c.*

Ad hos fines officij Magistratum obtinendos, necessaria media & adminicula sunt.

I. *Cognitio doctrinæ Iuris diuini & humani, quod norma & regula omnium consiliorum & actionum in tota gubernatione præcipua esse debet.*

2. *Consiliarij prudentia, uirtute & fide præstantes de quibus uere dicit Isocrates. Σύμβουλοι ἀγαθοὶ κοινὸν ἀγαθὸν, βασιλικῶτατος τε ἢ δημοτικῶτατος ἐπάντω κτημάτων εἶναι.* Consiliarum bonum commune bonum, & maxime Regum ac utilissimum Regni thesaurum esse. Et hic Syracides inquit, *eximium & singulare Dei donum esse Consiliarios bonos & præcipue*

Caſa

Cancellarium sapientia uirtute & Eloquentia præstantem.

3. Ministri fideles, industrij, ueraces, iusti & integri.

4. Iudicia legitima & recte constituta.

5. Præsidia ad defensionem pacis & pœna sceleratorum necessaria.

6. Pecunia, quam ueruos rerum in gubernatione gerendarum Demosthenes nominat.

In hisce medijs parandis & tuendis prudens Magistratus diligentiam & intentionem debitam adhibet. Ac ubi talis Princeps est, ibi omnia ordine suo, ad normam legum cōgruente, procedunt ut hoc in loco Syracides inquit. Et cum potentes sapiunt, florent urbes. Quam sententiam Plato in suis scriptis quinquies repetit, Tunc demum beatas fore Respublicas cum uel Philosophi, hoc est, uiri Sapientes & docti Imperare cœperint: uel qui imperant in ciuitatibus Philosophiæ studio sese dederint. Hanc conuinctionem potentiae & Sapientiæ Rebus publicis salutarem fore.

Est igitur hæc prima & præcipua uirtus, quam in Magistratu requirit Syracides, PRVDENTIA.

Deinde eximium & singulare ornamentum in uiro principe est ELOQVENTIA, quam prima huius capituli sententia commendat.

ὁ ἕξ

ὁ ἕξ ἄλλος λαὸς σοφὸς ἐν λόγῳ αὐτῶ ἐπὶ αὐτῶ  
 Πόσειδον. Sic Vlysi utrumq; decus Sapientiæ & Eloquentiæ tribuitur.

Σοφὸν ἐνὶ μῦθῳ μορφῆν ἐπέωρον, ἐν δὲ φρένας ἔδολα.  
 Splendida uox linguam, ornat Prudentia mentem.

Et de Achille dicitur eum à Phœnice institutum esse.

μῦθον τε πῖπτος ἔμμινα πρῆκταρα τε ἔργων.  
 Verborum Orator, rerumq; effector ut esset

Et eloquentiæ uiri principis imago illustris proposita est in I. Æneidos.

Tum pietate grauem ac meritis si fortè uirum quem

Conspectere solent, arrectisq; auribus astant  
 Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Homerus Odys: θ.

Quem Deus eloquio ornauit, spectare solemus

Attentiq; audire omnes, cum dulcia fundit

Verba uerecunde, ciues uerisq; gubernat

Consilij, longe quos inter hic eminet unus

In dubijs rebus cum concio magna coacta est,

Atq; urbem ingrediens aliquis DEVS esse uideatur.

III. Monet Syracides, plurimum ualere exemplum Principis, ad Subditorum mores, recte

& laudabiliter, uel secus, instituendos. Ideo maiore cura & intentione Principes uitam suam re-

gant, & pietatis, iusticiæ, grauitatis temperan-

H

tic,

tie, ueritatis, beneficentia & ceterarum uirtutum exemplis populo preluceant, ut ad imitationem subditos inuident.

Scilicet in uulgus manant exempla regentum, Vtq; ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

IIII. De Consiliarijs & Ministris Principum monet uitandos esse γλωσσώδεις, id est, uerbosos, garrulos, futiles, mendaces, precipites, curiosos, uanos, Sycophantas, κερκοῦδες &c.

Monet item Pauperes ingeniosos, prudentes, & pios, à Principe anteferendos esse impijs & ineptis centauris, quantumuis fastu & opibus turgeant. Imò & prudentum seruorum consilia non aspernanda esse, ut in greco uersu dicitur: λάμψαι καὶ βελῶν τῶν ἀδικῶν εἰς φρονέοντος, Consilium serui non aspernare fidelis.

Sæpe enim sub humili & contempta specie magna sapientia & uirtus abscondita latet, ut monet Prouerbiū, Sileni Alcibiadis.

Cum autem Dei donum sint, boni Consiliarij & præcipuè Scriba seu Cancellarius dignus laude: ardentibus uotis à Deo petendi, & cum habentur, singulari beneuolentia & benignitate à Principibus fouendi sunt.

Ne omnia ad uiuum reseces in puniendis delictis,

V. De

V. De pœnis docet non omnia ad uiuum resecauda esse in puniendis delictis. Sed enormia & atrocia scelera seuerè uindicanda esse. Nam qui omnia errata corrigere uolunt, nihil aliud agunt, quin quod hydræ caput resecent.

Repetatur autem hoc in loco tota Doctrina de Pœnis Magistratum, & de octo causis, propter quas enormia delicta à Magistratu punienda sunt.

Propter Tyrannidem, iniurias & auaritiā, mutantur regna,

VI. Causam mutationis Regnorum præcipuè am doct esse INIUSTITIAM seu Tyrannidem, ut propter crudelitatem Astyagis translatum est Imperium à Medis ad Persas. Econtra Iustitia & clementia stabilitur thronus.

Multas autem causas & exempla mutationis & eersionis Politiarum recitat Aristoteles libro 5. Politicorum, qui ad Syracidæ locum illustrandum adhibeatur.

Vt quid gloriatur terra, & cinis, cum homo nihil aliud sit &c.

VII. Longa concione dehortatur Principes & Magistratus à uicio teterrimo & plerumq;

H 2 magnam

magnam sapientiam & potentiam comitante, uidelicet à **SUPERBIA**, quæ est sine timore Dei & sine agnitione infirmitatis propriæ, sese efferre & admirari propter Potentiam, diuitias, formam, ingenium, uel alia dona, & confidere propria sapientia & potentia magis quam Deo, & alios despiciere, & in rebus aduersis irasci Deo tanquam iniuste punienti. Virtus opposita est Modestia seu Humilitas, quæ in Timore Dei agnoscentes propriam infirmitatem non superbimus: sed uero corde nos Deo subijcimus, & uoluntati illius obedimus. Utitur autem Syracides in dehortatione à superbia argumentis.

I. A causa materiali in qua, seu Subiecto, in quo hæret superbia, quod est Terra & cinis & sordidum lutum, quo nihil infirmitus, nihil foedius, nihil fragilius cogitari potest. Ideo apud Ebræos & Latinos, Homo, ab humo, ex qua ortus est, & in quam reuertetur, nomen habet. Studiosi splendidissimam superbiæ uituperationem ex hoc fonte sumptam, legant apud Basilium in fine Hexameri enarrantem hæc uerba. Fecit Deus hominum de limo terre.

II. A causa efficiente, quæ est defectio à **DEO**. Ut enim Diabolus primos parentes superbia & ambitione impulit, ut à Deo deficerent & dii

& dii seu Deo similes esse uellent: ita in omnibus hominibus primus fons superbiæ & precipuorum peccatorum & calamitatum est Cæcitas & caligo mentis non agnoscentis Deum autorem donorum, & fiducia propriæ sapientiæ & industrie ac uirium, quæ singuli uolumus nobis ipsis Diis esse, & alijs quoquo modo antecellere. Hinc pleræq; discordiæ & bella in omni uita oriuntur.

III. Ab Effectibus seu Pœnis superborum horrendis, Nam Deus superbis resiliit & deponit potentes de sede, ut Pharaonem Exod. 14. Nabuchodonosor superbum, Dan. 4. Principem Tyri, Ezech. 28. Balsarem Babylonum Esa. 14. A priem Egypti Regem. Polycratem & alios innumera-biles horribiliter detecit.

Melius est, ut quis suæ seruiat uocationi.

VIII. Cause felicitum successuum in uocatione, & doctrinæ, ac consolatio opponenda multiplicibus impedimentis & arumnis in quacunque gubernatione magna uel parua, diligenter consideretur.

Primum, intelligat quisque officia suæ uocationis, ad quam à Deo uocatus est: & diligenter, sedulo ac constanter in sua uocatione laboret. 1.

Theß: 4. Hoc ambitioſe agite, ut propria faciat  
tis & laboretis.

Secundo, Tantum mandata & neceſſaria pro-  
pria uocationis officia faciat: nec propria cu-  
rioſitate aut πολυπραγμοſων & fiducia pro-  
pria ſapientie & potentie moueat iniuſta aut  
non neceſſaria extra uocationem, ut Achas, Abſo-  
lon, Pericles, Pompeius & alij innumerabiles, in  
ſcelicia & non neceſſaria bella mouerunt.

Tertio, Vera humilitate & timore DEI aga-  
noſcentes ingentem noſtram infirmitatem inuo-  
cemus Deum, & petamus ab eo auxilium & ſuc-  
ceſſus ſalutares: & fiducia auxilij diuini ſedulo  
laborantes, ſciamus nec ſcelicia eſſe conſilia & la-  
bores hominum ſine Deo: nec irritos & inanes  
eſſe labores noſtros cum petimus nos à Deo iuuari.  
Vt 1. Corinth. 15. dicitur. Non labor in Do-  
mino ueſter inanis erit. Pſal. 37. Commenda Do-  
mino uiam tuam & ſpera in eo, & ipſe faciet.  
Quod ſi difficultates aliquæ & res aduerſæ inci-  
derint: non trepidemus animis, nec deſeramus uo-  
cationem fracti metu, Sed fiducia auxilij diuini  
maneamus firmi & conſtantes, & à Deo libera-  
tionem tranquillis animis exſpectemus.

Hanc neceſſariam doctrinam, & regulam uitæ  
ſalutarem, hoc in loco à Syracide traditam, dili-  
genter & attente obſeruemus, & non modo in  
guber-

gubernatione Reipublicæ, ſed in omnibus noſtris  
functionibus ad uſum conſeramus.

Pleriq; pauperes in honore ſunt,  
propter ingenium.

IX. Repetit quartam & ſeptimam admo-  
nitionem. 1. In deligendis Conſiliarijs & miniſtris  
Principum, maiorem ingenij & prudentiæ quàm  
opum & ſplendoris ac ſaſtus externi rationem  
habendam eſſe. 2. Superbiam & ſaſtum Re-  
gibus exitioſum: Modestiã uero ſalutarem eſſe.

Multi Reges & Tyranni, coacti  
ſunt federe in puluere, & in aliorum  
manus uenerunt.

Vt Nabuchodonſor, Valerianus à Sapore ca-  
ptus. Perſeus Rex Macedoniæ ab Æmylio, Baia-  
zethes Tyrannus Turcicus à Tammerlano. Fran-  
ciſcus Rex Gallie à Carolo V. &c.

Diadema impositum eſt illis, de  
quibus nemo cogitabat.

Vt Sauli, Dauidi, Matthie Huniadi, qui ex  
carcere ad Regnum Vngariæ euectus eſt, ſicut Io-  
ſeph in Ægypto.

Noli condemnare ullum causa non cognita &c.

X. Præcipua pars & Executio officij Principum & Magistratum sunt IVDICIA Legitima, in quibus audita utraq; parte & exploratè cognita cause ueritate, iuxta honestas Leges Ius dicitur, hoc est, pronunciat, cuius causa iusta, cuius iniusta sit, & iusti ac boni, contra iniurias defenduntur, & fontes puniuntur. Hæc Iudicia Forensia Deus ipse instituit & ordinauit ac seruat, ut sit testimonium de Iustitiâ & Iudicio diuino, quod & in hac uita regulariter puniens atrociora scelera atrocibus pœnis, & post hanc uitam separans bonos à malis, et hos æternis cruciatibus plectens, illos præmijs perpetuis ornans, declarabit. Ac ut homines in ciuili societate τὰ ἀμειλόγη δίκη διαλύοντες ἀνευ πολέμου pacem & concordiam inter se mutuo retinere & tueri possint.

Sunt autem uirtutes in Iudicijs necessarie.

1. Timor Dei, statuens Deum iudicem iudicium præsentem adesse Iudicij spectatorem omnium, quæ ibi dicuntur & fiunt.
2. Diligentia in cognoscenda, & utraq; parte pariter audienda.
3. Iustitia pronuncians iuxta normam Legum, non iuxta priuatos adfectus, odia uel fauorem.

4. For-

4. Fortitudo in exequendis sententijs, causa cognita, iuste pronunciat.

Monet autem hoc in loco Syracides de 2. & 3. uirtute, Neminem condemnandum esse, causa non cognita, ut Phocylides etiam inquit, μήτε δίκην δικάσης πρὶν ἀμφοῖν μέρων ἀκρόσης. Et non iuuandam uel probandam esse iniustam sententiam nostro suffragio uel silentio.

## CAPVT VNDECIMVM.

Filli mi, non immisceas te uarijs negotijs, Nam uarijs te immiscens non auferes lucrum, Vt maxime ualde coneris, tamen nihil efficies, & ut maxime nunc hic nunc illic sarcias, tamen non eluctaberis.

Pleriq; contendunt & anhelant, ut ditescere possint, & tandem anhelando seipfos impediunt.

Pleriq; nihil contendunt ditescere, cum sint egeni, tenues & contempti, hos sæpe respicit clementer Deus, li-

H 5 beratq;

beratq; ex inopia, magnificeq; eos exuehit ut multi mirentur.

Omnia enim sunt ex Deo, secunda simul res & aduersa, mors & uita, paupertas & diuitia.

Nam bonis & pijs dat Deus operaturas, & donata à Deo, habent benedictionem perpetuam.

Inuenias hominem, qui multa conradit, & comparcit, atq; ita ditescit, cogitatq; iam probe constabiliui res meas, nunc comedam & bibam, fruarq; partis opibus, neq; scit horulam illam tam prope adesse, qua moriatur, & omnia relinquat alijs.

Adhære uerbo Dei, & exerce te ad pietatem, Perseuerans incumbe uocationi tuæ. Nihil moueat te, quod impij tantum opibus cumulandis student. Tu confide Deo, permane in uocatione tua, facillimum enim est Domino ditare pauperem.

Deus benedicit facultatibus piorum, & quando horam dat ipse, crescunt,

cunt cito. Noli dicere, Quid prodest mihi pietas, quid interim habeo, Econtra, noli dicere, Satis opibus munitus sum, extra aleam sum periculi.

Rebus secundis memor esto, res aduersas incidere posse, & tempore afflictionis memineras, te rursus erigi posse, Facile enim potest reddere Dominus pijs iuxta ac impijs in morte, ut promeriti sunt. Vna hora calamitatis facit, ut omnis gaudij obliuiscaris. Et in hora mortis experitur homo quomodo uixerit. Ante mortem ergo ne de ullo pronuncies, nam cuiusmodi homo fuerit, sæpe patet post mortem.

**O**Economicum præceptum tradit de ratione parandi & augendi rem familiarem. Nam bonum Patremfamilias oportet, esse κτηνῶν, φυλακῶν, κοσμητικῶν ἢ ἢ ὑπαρχόντων, καὶ χρηστικῶν. hoc est.

Studiose parare, & custodire ac ornare rem familiarem & ea recte uti.

Vult autem DEVS expeti à nobis suo ordine & iustis rationibus queri, teneri, & augeri rem

rem familiarem, & promissiones bonorum corporaliū ipse tradidit. I. Vt agnoscamus non casu spargi inter homines bona, nec Physicis tantum causis uel nostra industria adquiri opes, sed certo Dei Consilio gubernari hanc quoq; bonorum corporaliū distributionem, & pijs à Deo necessaria huius uitæ præsidia dari, ut hic inquit Syracides. Omnia sunt à Deo, secundæ res & aduersæ, paupertas & diuitiæ, Nam bonis & pijs Deus dat opes duraturas.

2. Vt sciamus nos fide has promissiones amplecti oportere, & anxias mentes in periculis & inopia sustentemus hac consolatione, Quod Deus uerè nos recipiat, curet, alat, defendat & opem ferat inuocantibus.

3. Vt inuocatio nostra, spes & gratiarum actio in petitione, expectatione & usu rei familiaris quotidie exerceatur & declaretur.

4. Vt sint adminicula uocationum seu officiorum, quæ singulis in communi uita pro sua uocatione sunt obeunda.

5. Vt nos admoneant de bonis spiritualibus & æternis, simili sollicitudine, diligentia & cura expetendis & acquirendis.

6. Vt de conseruatione Ecclesiæ etiam in hac corporali uita admoneamur.

Consistit autem summa præcepti Syracidæ de re familiari honeste augenda in hisce tribus articulis.

Primum

Primum, quæras Regnum Dei: audias, legas, discas diligenter doctrinam à Deo traditam & exerceas te ad pietatem, studeas Deum recte agnoscere, inuocare, timere & obedire iuxta ipsius uerbum.

II. Labora diligenter & fideliter in tua uocatione, ad quæ à Deo uocatus es, Nec ἡλυπῆσαι μὲν σὺν ἡμετέροις uarijs negotijs te immisceas, aut uarijs artes exerceas. Nam hæc πολυπράγμων σὺν infelix est: Vt Plato inquit πολιτεῶν. γ. εἰς ἑκάστου ἐν ἧν ἂν ἐπιτίθῃθι μα καλῶς ἐπιτηδύοι, Πολλὰ δὲ οὐ. Ἀλλ' εἰ τὸ ἐπιχειροῖ, πολλῶν ἂν ἴσθῃ μὲν ἅπαντων ἀποτυχεῖναι ἂν. Et uulgo dicitur,

Qui binos lepores una sectabitur, hora,  
Vno quandoq; quandoq; carebit utroq;.

III. In laboribus tuæ uocationis inuocato Deum, & fide petis & expectes auxilium, & benedictionem à Deo. Nam Benedictio Domini diuites facit absq; angustia. Hæc sententia totius seré XV. capitis argumentum est. Simul autem docet, non confidendum esse diuitijs & opibus fluxis tanquam certis præsidijs, quibus aduersus omnes uitæ casus muniti simus: nec abijci animum debere in paupertate & rebus aduersis: Sed fide in Deo acquiescendum esse.

Non



Non immisceas te uarijs negotijs.

τις ἀλυτταγομοσώκης οὐδὲρ κενεώτερον ἄλλο.  
Ardelione nihil per totum uanius orbem est.

Plato. Νόμωρ κ. Præcipit ut singuli ciues unam tantummodo Artem discant & exerceant, ex qua uictum sibi parent. Xenophon προυδ. 8. Impossibile est multa simul facere, & eadem omnia bene facere.

Pleriq; contendunt & anhelant.

Multi magno labore nihil proficiunt, sed mendici manent, quia sua industria confidunt & à Deo non benedicuntur. E contra alij commendantur Deo uiam suam, mediocri labore multum proficiunt, quia Deus eis benedicit. Beschert ist ungewehrt. Et Genes. 26. scriptum est. Benedixit Dominus Deus Isaac & accepit eo anno centuplum.

Nunc fruar partis opibus, Nec scit horulam tam prope adesse.

Lucæ 12.

Quid prodest mihi pietas.

1. Timoth.

1. Timoth. 4. Pietas ad omnia utilis est, habens promissionem præsentis & future uite. 1. Timoth. 6. Magnæ diuitiæ sunt Pietas, μετὰ εὐνοίας ταπεινῶς coniuncta cum uoluntate, quæ suo bono contenta est.

Noli dicere satis opibus munitus sum.

Diuitiæ & opes non sunt firma & durabilia præsidia sed fluxa & caduca. Irus & est subito, qui modo Cræsus erat. Ideo & Solon iubet finem uite expectare apud Herodotum in κλέσῳ.

## CAPVT. XII.

### XIII. XIII.

TRIA capita proxime sequentia continent doctrinam de AMICITIA & BENEFICENTIA, quæ est uirtus quinti & septimi præcepti, complectens uera beneuolentia, & pro uirili uiuans consilio, opera, pecunia, homines pios & alios nostra ope indigentes: & mediocritatem efficiens inter prodigalitatē & auaritiam. Huius uirtutis pars est HOSPITALITAS, quæ peregrinos & hospites ope nostra indigentes, & in primis exules pios amanter excipit.

Et omnibus officijs hospitalibus propter Deum iuuat.

Est autem uirtus Deo grata Et necessaria generi humano BENEFICENTIA Et HUMANITAS erga Hospites, ut etiam sapiens uetustas dixit:

Ξένου μοι δέμις ὄσι, ου δ' ἐι κακίωρ σέθεν  
ἔλθοι

Ξένου ἀλιμῆσαι πρὸς γῶ Διὸς εἰσίη ἀπώτερ, ξένοι τε πτωχοίτε; δόσις ὀλίγη τε εἴλητε γίνεταί ημετέρη.

Non decet ὁ hospes me te contemnere, nec si Te peior ueniat, namq; à Ioue pauper Et hospes Est omnis, Tibi parua quidē sed amica dabuntur Teſti dona mei.

Ζεὺς ἐπιλήμων ἱκετάων τε, ξένων τε ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἄμ' ἀδ' οἰοισιν ὀπιδ' ἔ.

Supplicibus Deus est uindex, Et hospes honestis Hospitibus, mitisq; comes probitate uerendis.

Præcipuè autem de obiecto BENEFICENTIAE Syracides in hoc XII. capite admonet, non quosuis hospitis excipiendos, Et amore ac beneficijs nostris complectendos esse, sed imprimis homines pios Et bonos, Et nobis natura, uel lege uel usu coniunctos: sicut Et Paulus I. Timoth. 5. gradus Obiectorum beneficentiæ constituit, Si quis suorum, Et maxime domesticorum curam non habet, fidem abnegauit.

Et

Et in I. Officiorum, gradus eorum, erga quos liberalitas exercenda est, distinguuntur.

## TEXTVS DVO DECIMI CAPITIS.

NON hospitis quemuis excipias in domo tua, Nam mundus plenus est perfidia & dolo. Cor dolosum simile est auiculae aucupis propositæ uolucris ad insidias, & totum attentum est ut te capiat, Nam quod boni uidet, interpretatur in pessimam partem, & omnia optima scelerate deprauat. Exigua scintilla sæpe erumpit in maximum incendium, & impius non desinit, donec effundat sanguinem. Caue ab eiusmodi nebulonibus, nihil boni in animo habent, ne contumelia afficiant te perpetua. Si susceperis extraneum, turbabit quietem tuam, & ex tua possessione exciet te.

Si uis præstare officium, uide cui præstes, ut gratiæ tibi agantur. Beneficio

1

facito

facito bonis ac pijs, & opulenter tibi retribuetur, si non ab ipsis, certe à Domino. Verum perfidi, qui pro beneficio ingrati sunt, horribiliter euertentur.

Timenti Deum, donato, nec miserescat te impij. Beneficus sis erga afflictos, nihil autem dabis impio. Subtraha panem tuum ab eo, nec dato ei quicquam, ne ex hoc corroboratus, pedibus conculcet te. Alioquin duplo plus maliciæ senties ex eo, quàm tu beneficij in ipsum impenderis, Nam Altissimus odit eiusmodi malos, & impios certò puniet.

Rebus secundis non satis explorare potes amicum. Rebus autem afflictis, non facile latet inimicus. Nam rebus secundis inuidet inimicus. Rebus autem aduersis, etiam amici recedunt.

Qui semel tibi inimicus fuit, ei ne confidas unquam; quemadmodum enim ferrum subinde rubiginem rursus

sus contrahit: ita facile relabitur ad ingenium dolosus, Eriam si flexo poplite adoret te, tamen te reprime, & caue ab eo. Nam etiam si defrices, & perpolias ut speculum, tamen rubiginosus manebit. Ne adiunge etiam tibi familiariter, ne te excutiat, & tuo loco sese statuatur. Ne colles eum apud te, ne excludat de sella tua, & sero tu cogites de uerbis meis, tunc, cum poenitebit te.

Quemadmodum neminem miserescit incantatoris, si mordeatur à colubro, neque temere tractantis beluas, si dilaceretur ab illis; Ita & accidit his, qui adhærent impijs, & admiscunt se peccatis eorum. Nam impius quidem aliquandiu manet, uerum si impegeris, & cecideris, deserit te.

Inimicus uerbis quidem utitur mollibus, & dolens uicem tuam, simulat candorem & amicitiam, adeoque collacrymatur, In corde autem cogitat, quomodo te præcipitet in foueam, & si occasio datur, non potest

exaturari sanguine tuo. Et sæpe inter nocituros tibi accurrit primus, & tamen uenit, quasi laturus opem, atque ita clanculum euerit te, & nunc (ne dubita) mouebit caput suum, in sinu gaudebit, & uultu ad fannas composito ridebit te.

Non hospitio quemuis excipias,  
Quia mundus plenus est perfidia & dolo.

**B**enefacias bonis & pijs, non malis & perfidis & qui maleficia pro benefactis rependant.

*Hæc totius capitis summa est.*

Mundus plenus est perfidia & dolo.

*Vt monet Apologus de Rustico, Serpente, Asino, cane famelico & Vulpecula, quibus pro summis laboribus gratia quæ a mundo ferri solet, persoluta est.*

Caue ab eiusmodi nebulonibus.

*πρὶν ἢ λαβῆναι τισι, ἀταρ συγέσσι λαβόντες.*  
Dum poscunt, laudant: odio sectantur, adepti.

Ex

Ex tua possessione eijciet te.

*Sicut Miles Philippi Macedonis agricolam, a quo naufragus & semimortuus in uita conseruatus fuerat ex sua uilla eijcit. Cuius Militis fronti, Philippus, re cognita inurit stigmata. H O S P E S I N G R A T V S. Historia recitatur a Seneca lib. 4. de Beneficijs cap. 37.*

*Theseus qui primus Atticos ruri dispersos in ciuitatem collocauit, postea ab ingratissimis ciuibus ex ciuitate eiectus est.*

*Canicula grauida, diuertens apud uetulam canem, exclusis & adultis catulis, hospitem domo eijcit.*

Vide cui præstes, ut gratiæ tibi agantur.

*Sed Christianum est ἐν ποιοῦντα κακῶς ἀκούειν. Eccles. ii. Sparge panem tuum super aquas, in tempore oportuno inuenies illum.*

*Et quoscunq; potes req; officijsq; iuuato,  
Sic tamen adiutos ne meminisse putes.*

Rebus secundis.

Amicus certus in re incerta cernitur.

Qui semel tibi inimicus fuit.

*Caua tibi à reconciliatis & in genere simula-  
tis amicis. Vide supra cap. 6.*

Neminem miseretur incantatoris  
si mordeatur à colubro.

*Quis ἐπιτοασορ κἀδρ ἔχει.*

## CAPVT XIII.

**Q**ui picem tangit inquinabitur  
ab ea. Qui superbis conuersa-  
tur, superbiam discit.

Noli plus satis familiaris esse po-  
tentibus diuicibus, alioqui te non me-  
diocri pondere onerabis. Quid enim  
uas fictile collæ conuersatur æreæ, cui  
leuiter illisum, illico frangitur?

Dives iniuriam facit pauperi, &  
adhuc insolenter iusultat. Pauper ue-  
ro cogitur ferre, & insuper agere gra-  
tias, Interim dum commodum ex te  
habet, utitur te, at cum tu decrescis  
conspuit te. Interim dum aliquid ha-  
bes

bes, tecum conuiuatur, neq; moratur  
quam, si tu exhaustaris & percas. Cum  
indiget opera tua, pulchrè lætat te,  
blanduleq; arridet tibi, & nihil non  
promittens uerbis demulcet molissi-  
mis, si qua, inquit, re indiges? Deinde  
forsan bis aut ter te insidiosè pertrahit  
ad conuiuium, donec totum exhauste-  
rit, tandem ridet te. Et ut maxime in  
necessitate luctantem uideat, tamen  
millum te facit, & caput suum mouet  
super te. Vide ergo ne simplicitas tua  
fallat te, & plectaris infortunio.

Si quis potens te ad familiaritatem  
suam inuitat, quasi fugitans accipe  
eam conditionem, & eò magis te per-  
trahet. Noli te ingerere, ne apud eum  
reiciaris turpiter, neq; prorsus recu-  
sato, ut aliquis usus sit tui. Noli detre-  
ctare, si quid mandat tibi. Verum in  
familiaritate potentis noli ponere spè  
tuam. Nam ita exploraturus suis blan-  
dis gestibus pertentat te, ubi mutarit  
uoluntatem erga te, desinit à uerbis

illis mellitis, intentans carceres ac uincula, iam nihil iocatur, proinde caue, & confule tibi, non es extra periculum.

Inter bestias etiam similis coniungit se simili, sic & inter homines similis conuertetur simili. Amicitia impij cum pio perinde est, atq; si lupus ouem sibi adiungat. Coniunctio pauperis & diuitis perinde est, ac si Hyena canibus copuletur. Sicut leo deuorat bestias in sylua: Ita diuitum praeda sunt pauperes. Sicut omnis superbus nihili pendit ea, quae exigua sunt: Sic diuites aspernantur pauperes.

Cum diuitis fortunae labascunt, sustentant eum amici eius. Quando autem res pauperis nutant, euertunt eum etiam amici eius. Cum in scelere deprehenditur diues, multi eleuant culpam facti eius, & uerba etiam quibus palam impedit, excusantur. Cum autem deprehenditur peccasse pauper, tunc admissum exaggeratur, &

ut

ut maxime prudenter loquatur, nemo admodum attendit. Quando diues loquitur, auditur magno silentio, & uerba eius in caelum tolluntur. Quando autem loquitur pauper fastidiose dicunt, quisnam iste est? & si leuiter impingit, plectitur.

Diuitiae quidem bonae sunt, si sine peccato utaris, Inopia autem impij magistra est ad multas blasphemias.

Hoc quod in animo quis habet frons & oculi produnt, siue bonum siue malum sit. Qui aliquid boni cogitat, uultu est erecto & hilari, Qui autem clanculum & callide dolos architectatur, animo quiescere non potest.

Beatus qui non dat consilium malum, quod ipsius mordeat conscientiam.

Beatus quem non uexat animus male sibi conscius, & qui conscientia recte facti non excidit.

**D**E Obiecto AMICITIAE monet fugienda esse Sodalitia prauorum, & præcipue potentum coniunctiones infidas: & colendam esse amicitiam cum paribus, ut dicitur ἰσότης ἐν φίλοις, & ὁμοίον ἁμοίους φίλον.

In fine addit duas insignes sententias de studio tuendi Bonam conscientiam, quæ est iudicium mentis in nobis, quo recte facta, hoc est, cum Lege Dei congruentia approbamus: & nos recte sensisse, consuluisse & fecisse scimus: quam notitiam ordine diuinitus sancito sequitur tranquillitas & letitia cordis & spes auxilij & protectionis diuine.

Conscientia in genere, est noticia Legis diuinae, & iudicium in mentibus humanis, quo recte facta approbant & delicta ac scelera condemnant: quod iudicium semper conuertitur in recte factis tranquillitas & letitia cordis: & in delictis seu sceleribus dolor & tristitia destructus reum delicti.

Hortari autem nos ad studium tuendi bonam conscientiam, & uitandi peccata contra conscientiam, sex grauissime cause debent.

I. Mandatum Dei seuerissimum. I. Timoth. I. Milita bonam militiam, retinens fidem & bonam conscientiam,

2. Re=

2. Retentio fidei & salutis æternæ, quæ per peccata contra conscientiam amittitur. I. Corint.

6. Nec sortatores, nec adulteri &c. possidebunt regnum Dei.

3. Facultates inuocationis. X. Iohan. 2. Si cor nostrum non condemnat nos, fiduciam habemus, quod exaudiat nos.

4. Spes auxilij & protectionis diuinæ.

5. Tranquillitas & letitia cordis in Deo acquiescentis, ut Marciangenus inquit. Nihil ita exhilarare nos solet, sicut bona conscientia & bona spes.

6. Mitigatio & liberatio in calamitatibus.

Qui tangit picem inquinabitur.

ἅθεῖς ἄσπι ἢ θὴ χησὲ ὀμιλίου κακοῖ. I. Corin. 15.  
Perdit bonos mores malum consortium.

Theognis. κακοῖσι δὲ μὴ προσομίλει  
ἔσθλων μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλῶ μαθήσεται: ἢ ἢ καὶ  
συμμιχθεῖς, ἀπολέθῃ τὸν ἔόντα νοῦν (κοστοί  
Conuersare bonis, & ab his bona plurima disces  
Cum prauis uiuens, tu quoque prauus eris.

Noli plus satis familiaris esse potentibus.

Præcipue uero remis uelisque potentum,  
Fucosus fugito cautus amicitias.

Hor4=

Horatius.

Dulcis in expertis cultura potentis amici,  
Expertus metuit :

Si quis potens te ad familiaritatem  
inuitat.

Ad aulam accedendum est sicut ad ignem. A  
quo qui nimis longe absunt, non calefiunt : qui ni-  
mis prope accedunt, comburuntur.

Inter bestias etiam simile coniun-  
git se simili,

Theocritus. τέπει μὲν τὸ ἐν γι γλῶσσοι, μύρα  
μυκί δε μύρα μύρα.

Ἰρκεαὶ δὲ ἰρκεῖα, ἐμοὶ δὲ ἂ μῶσα καὶ ἰρκεῖα.

Formicæ cara est formica, cicada cicada.

Accipitri placet accipiter, mihi carmina curæ.

Plutarchus in libello de discr. Adul: & amici.

Γέρων γέροντι γλῶσσον ἡδίστω ἔχα  
παῖς παιδὶ καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυναικ  
νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι καὶ δυσωρηξίᾳ  
ἀνφθειεῖ ἐπώδου ἔστι τῶ λυπευμένω.

Seni senilis lingua iucundissima.

Fœmella fœminæ placet, puero puer.

Sic æger ægro congruit, misero miser

Et tristis est apud tristes libentius.

Lupus

Lupus ouem. Ἡεε λυκοειλίαι Græce di-  
citur.

Hyæna canibus copuletur.

Apud Herodotum in Melpomene mentio fit  
Hyenarum, Hystricum & aliarum, inter feras  
Africa familiares. Ac Hystricem spinosum &  
aculeos iaculantem uidi Antuerpiæ. Sed Hyenam  
scribunt uultu blando & uirgineo, oculis uarie  
colores mutantibus, caninis pedibus præditam esse,  
& uocem humanam imitari, & simulatione  
lacrymarum nominatim etiam euocare pastores  
ex stabulis, & canes imitatione uomitus humani  
allicere, & deprehensos deuorare. Eruere etiam  
sepulchra mortuorum, & umbræ illius contagio  
canes obmutescere.

Quis nam iste est. Aristophanes.

σὺ πῶχος ὄρ πολυαῖς ἐν ἀδωαῖσι λέγαι.

Beatus qui non dat consilium ma-  
lum quod ipsius mordeat conscien-  
tiam.

De bona Conscientia studiose tuenda monui  
initio capituli. Auditores de mala conscientia duo  
Plutarchi dicta meminerint.

ἡ κακία κολασίριον ἐφ' ἑαυτῶν ἕκασου πε-  
κταίνε



κταίνετα δ' ἐνὶ ἕξ ὄντα βίου δ' ἡμιουργός,  
 οἰκτοῦς καὶ σωὸν ἀεχέων φόβου πολλοῦ καὶ  
 παρῆ χαλεπὰ καὶ μετὰ μελείας καὶ ταρα-  
 χὰς ἀπαύσουσ' ἔχοντ'.

Paq. 390. Morali.

Ἀμουσῶτατορ καὶ ἀτόρῳέσατορ κακῶρ  
 ἡραμματοφυλακῆτορ πλὴν ἑαυτῶρ μνήμῳ  
 πῶριφέρεσι.

Pro Roscio & in Pisonem.

Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis  
 sepe numero uidetis, eos, qui aliquid impie scelerateq;  
 commiserint, agitari & perterreri su-  
 riarum tœdis ardentibus. Sui quemq; fraus &  
 suus terror maxime uexat, suum quemq; scelus  
 agitat, auentiaq; afficit, suæ male cogitationes,  
 conscientiaq; animi terrent. Hæ sunt impijs ad-  
 sidue domesticaq; furie.

## CAPVT XIII.

**H**ominem sordidum non decent  
 diuitiæ, Et quid prodest pecuniâ  
 turpiter præparco & tenaci?

Qui congregat multum, nec uti-  
 tur parto, hic congregat alijs, & alijs dis-  
 lapidabunt. Qui sibi non benefacit,  
 quo =

quomodo hic alijs benefaciet: quid  
 hic gaudij habet ex opibus suis?

Nihil est turpius homine sordi-  
 do, qui ne erga seipsum quidem est  
 beneficus, & hanc ipsam pœnam dat  
 suæ peruersitatis. Et si quid boni qua-  
 si imprudenti exciderit, id ipsum tan-  
 dem indignans ducitur pœnitentiâ.

Hic homo uerè malus est, cui do-  
 let, si alijs benefiat, qui auertit faciem  
 suam & nullius miseretur.

Homo πλεονέκτην & sua parte nun-  
 quam contentus est, per auaritiâ ip-  
 se suam impedit benedictionem &  
 ualetudinem.

Homo inuidus & parcus, etiam  
 cum cibum sumentes uidet, ringitur  
 & dolet illi, cum cibare debet fami-  
 liam.

Fili mi, tuis facultatibus ipse etiam  
 fructe, & sacrificia Domino offerro,  
 quæ debentur ei.

Cogita, quod mors non cessabit, &  
 nosti cuiusmodi pactum cum morte  
 habeamus.

Bene-

Beneficus esto erga proximum tuum antequam moriaris, & iuxta vias tuas subueni pauperi.

Ne obliuiscaris pauperum in die læticiæ, & tibi quoq; continget gaudium quod optas.

Nam & sudore tuo parta relinques alijs, & tuos labores hæredibus.

Libenter alijs elargire, & ubertim tibi retribuetur, sanctifica animam tuam, nam cum mortuus fueris, usus optimi finem habet.

Omnis caro atteritur instar uestimenti, sic stat fœdus æternum & ætiquum, Semel moriendum est.

Quemadmodum uirentia folia in speciosa arbore, quædam decidunt, quædam renascuntur: Ita conditio est hominum, quidam moriuntur, quidam uicissim nascuntur.

Omnia temporaria habent suum finem, & qui in his uersantur, una cum ipsis intereunt,

BENE

**B**ENEFICENTIÆ, de qua cap. 12. præcepit, duo sunt extrema, PRODIGALITAS & AVARITIA, que nemini benefacit, sed cum defraudatione sui & aliorum, quacumq; ratione, seu honesta seu inhonesta, opes cumulare studet: & his confidit magis quam ipso Deo. Pugnât cum fide seu fiducia in Deum collocanda, cum iustitia, cum gratitudine, & imprimis cum Liberalitate & Beneficentia. Huius tetri uicij, Auaritiæ uidelicet, quam Paulus Idololatriam & omnium malorum radicem nominat: uituperationem instituit in hoc 14. Capite Syracides. Et simul de bono usu diuitiarum seu propriarum facultatum monet. Quibus primum nos ipsi frui ad nos & nostros sine luxu & intemperantia alendos debemus, Vt 1. Timoth. 6. dicitur: Deus dat nobis abunde omnia ad fruendum, non ad heuilationem & luxum nec ad sordide comparandum &c. Secundo, Sacrificia Deo debita inde offerenda sunt. Vult enim Deus agnosci se datorem esse benorum: & uicissim omnes homines pro suis facultatibus aliquid ad hunc usum conferre, ut uera de Deo doctrina in publico ministerio Ecclesiæ & Scholis late spargatur, & Sacerdotes ac Ministri Dei docentes in templis & Scholis alantur. Tertio, Amici uiuandi sunt, de quibus dicitur πάντα ἐν λόγῳ κοινά. Quarto, Alijs pauperibus, ἐκ αὐτῶν ὑπερχόντων Eleemosynæ

mosyne largienda sunt. Vt Prouerb. 5. precipi-  
tur, Fontes tui deriuentur foras, & tu Dominus  
eorum maneto.

Hec beneficentia erga pauperes declarata,  
premijs amplissimis post mortem in eterna uita  
certo compensabitur. Ideo Paulus hortatur diui-  
tes ut alijs liberaliter communicent, & reponant  
sibi thesaurum in futurum, & apprehendant uitam  
aeternam. Et idem monent Parabolę, Luc. 16.  
De diuite & Lazaro. Item, de Oeconomo iniquo.  
Facite uobis amicos de Mammona iniusto, ut reci-  
pianit uos in eterna tabernacula. Hac occasione  
Locum communem, de Morte, cui omnes homines  
diuites & pauperes, pariter obnoxij sunt, in fine  
capitis Syracides attexit.

## CAPVT XV.

**B**Eatus qui diligenter & sedulo tra-  
ctat uerbum Dei, docetq; atq; in-  
terpretatur illud. Beatus qui hoc me-  
ditatur apud se ex corde, totusq; in-  
cumbit, ut poenitus intelligat, Qui per-  
git subinde magis inquirere scientiam,  
tacitusq; eius uestigia, insequi,  
quo

quocunq; ambulat, Qui, inquam, soli-  
licitus inspicit per fenestras eius, & at-  
tentus aurem admouet officio eius,  
Qui diuersari captat in uicinia do-  
mus eius, suumq; tabernaculum eri-  
git ad parietem eius, hocq; diuerso-  
rium magni facit. Qui liberos quoq;  
suos adducit sub tectum illius, & ma-  
ner sub tugurio eius, ibi tutus erit ab  
aestu, & erit hoc illi excellens & mag-  
nificum habitaculum. Hoc nemo fa-  
cit, praeterquam is qui timet Domi-  
num, Et qui adheret uerbo Dei, hic  
inuenit eam, Et obuiam ueniet ei qua-  
si mater filio, amplectetur eum quasi  
formosa sponsa dilectum, cibabit eum  
pane intellectus, & aqua sapientiae po-  
tabit eum. Per illam sic corroborabi-  
tur, ut fiet firmus, & huic sustentanti  
adharebit, ut non pudeat. Exaltabit  
eum super proximos, & os illi aperiet  
in Ecclesia, Coronabit eum gaudio &  
laetitia, & nomen aeternum dabit ei.  
Sed stulti non inueniunt eam, & im-  
pij non possunt cernere eam. Longe

enim abest à superbis, & hypocrita prorsus non nouerunt eam.

Impius nihil sani potest docere, non enim docet ex Deo, Nam ad ueram doctrinam requiritur sapientia seu cognitio Dei, & tum Deus impertit gratiam.

Ne dicas, si falsa docui, tunc Deus fecit, Quod enim ipse odit, tu non debes facere. Ne dicas, si falsa docui, ipse me decepit, Neque enim Deus eget opera impij. Odit enim Deus omnem Idolatriam, & qui ipsum timet, abhorret ab illa.

Deus ab initio creauit hominem, & electionem dedit illi, Si uis, serua mandata, & fac quod illi placet in uera fide, proposuit tibi ignem & aquam, utramcunq; uoles, attinge, Propositam habet homo mortem & uitam, utramcunq; uult, dabitur ei. Sapientia enim Dei est magna, Et ualde potens est ipse, & uidet omnia, & illius oculi respiciunt timentes eum, ipse nouit

nouit tum recte & pie facta, tum etiam hypocrisis, Neminem iubet esse impium, & nemini potestatem facit ad peccandum.

**E**ST Adhortatio ad studium discendi & propagandi Doctrinam à DEO traditam. Et inseritur, ut in adhortationibus usitatum est, mentio premiorum & poenarum. Diligenter & sedulo discens & amans uerbum Dei acquirat Sapientiam, ueram agnitionem Dei, & gubernationem consiliorum, & actionum uite placentem Deo & felicem. Habebit firmam consolationem in omnibus periculis, & fruetur læticia & gloria æterna. Econtra stulti & impij Epicurei & alij, qui derident uel persequuntur Doctrinam Euangelij, errant in consilijs, doctrinis, & actionibus uite, & Dei odio & æternis poenis tandem obruentur.

Insignis autem & pulcherrima Prosopopœia Sapientie obseruetur, quam confert formosæ sponsæ, habitanti in domo splendida, uidelicet Ecclesia Dei in templis & Scholis collecta, sonante assidue uocem ueræ Doctrinæ, Verbi diuini, per quod solum DEVS rectum Iudicium, salutaria consilia, ueram sui agnitionem & æternam salutem Homi- nibus impertit.

Ne dicas si falsa docui tunc Deus fecit.

Altera pars capituli utilium & necessariam doctrinam, stoicis furoribus opponendam, continet. Omni enim contentione pugnandum est, ne quis in Ecclesia Dei dicat Deum esse auctorem peccati, uel approbare peccata, uel impellere homines ad impia dogmata, Idololatriam, & alia scelera. Sed horum prima & proxima causa est LIBERVM ARBITRIVM, seu mens & uoluntas hominis: cui in prima creatione, Deus, bonum & malum, uitam & mortem proposuit, & hanc facultatem indidit, ut possit uelle aut non uelle, eligere aut reijcere, imperare externis membris uel prohibere, uerè & serio expetere uel auersari, agere aut omittere bona uel mala sine ulla coactione. Ad hanc facultatem naturæ humanæ ante lapsum propriissimè congruit dictum Syracide & definitio Liberi Arbitrii, quod sit facultas, qua mens hominis bonum & malum agnoscere & discernere, & uoluntas utrumuis, bonum uel malum, eligere & efficere potest. Etsi autem post lapsum libera electione Adæ & Eue admissum, hæc facultas mentis & uoluntatis horribiliter impedita & languefacta est cœcitate & contumacia nobiscum nascente, tamen manet adhuc in hominis uoluntate aliquomodo libera electio in  
ijs re-

ijs rebus & actionibus, quæ rationis humane iudicio subiectæ sunt, ut in uitandis sceleribus à Deo prohibitis & honeste regendis moribus externis, in actionibus artificum, in discendis artibus Liberalibus & mechanicis &c. in motu locali hominis quocumq;.

Deinde etiam in spiritualibus actionibus, & interiore obedientia Deo debita, ut in uero timore Dei, fide, Inuocatione, Patientia, dilectione, Homo renatus iuuante Spiritu Sancto, obedire Deo, & uiciosis inclinationibus resistere, & uitam æ salutem æternam expetere: uel rursum à Deo deficere & mortem æternam sibi attrahere potest. Semper tamen uera & immota manet Regula quæ 15. caput Syracides concludit, Deus neminem iubet esse impium & nemini potestatem facit ad peccandum.

## CAPVT XVI.

**N**oli lætari, quòd multos liberos habes, si sint parum frugi, & ne superbias, te multos liberos habere, si non timeant Deum, ne glorieris in ipsiis, neque confide uiribus ipsorum, Nam melior est unus filius pius, q̄

mille impij, & melius est sine liberis mori, quam liberos habere impios.

Vnus homo pius, sæpe totam urbem & rempub: restituit: Contra per impios, quantumuis multi sint, tamen euertitur & ruit. Multa eiusce modi uidi, per tempus uitæ meæ, & multo adhuc plura audiui.

Ignis deuorauit totam multitudinem impiorum, & ira exarsit aduersus incredulos. Non pepercit Gigantibus antiquis, qui una cum suo robore immani, euerſi sunt. Non pepercit his, apud quos Loth hospes fuit & peregrinus, sed damnauit eos propter superbiam, totamq; uastauit terram, nihil commiserans, eo quod peccata exaggerauerant, ita quoque hausit & abstulit sexcentena millia, eò quo inobedientes fuerant. Quomodo ergo unum inobedientem dimittet impunitum? Valde quidem misericors est, sed irasci etiam nouit, patitur quidem se placari, sed punit etiam horribiliter

biliter. Quam magna est misericordia eius, tam magnum etiam est iudicium & castigatio eius, & quemlibet iudicat, ut est promeritus.

Impius cum sua impietate non effugiet, & spes pij non frustrabitur.

Benefacta inueniunt locum suum, & cuiuslibet rependetur ut est promeritus.

Noli dicere, Dominus me non respicit, quis in cœlo de me sollicitus sit? In tam ingenti multitudine Dominus de me non cogitat, Quid ego unum sum præ tam spacioſo & magno mundo?

Nam ecce, hoc tam late & undique quæ patens cœlum, mare, terra, montes & ualles concussa contremiscunt, quoties ipse uisitat, Non ergo intropiceret cor tuum? Sed quid ipse factururus sit, hoc uidet nemo, & tempestatem quæ impendet, nemo præuidet. Multa ipse facere potest inopinata, & quis eloquetur aut portabit,

cum ipse horribiliter uisitat & Sed hæminæ admodum remotæ sunt ab hominum oculis, & eas cum homo ferus & prophanus audit, nihilominus pergit in stultitia & errore suo.

**D**uas sententias continet, quarum prior, de liberis felicibus & infelicibus, ad quartum præceptum referri potest. Docet autem, neminem multitudinem liberorum magis quam eorum pietate letari, multo minus confidere aut superbiere debere. Ut enim summa felicitas & uoluptas est, habere liberos pios & florentes, σὺλον ὀφθαλμῶν καὶ ὀφθαλμοῦς βίβ', columnas domuum ut oculos utæ. Ita rursus acerbissimus parentum dolor ex impietate & sceleribus natorum existit. Qualis fuit in primis Parentibus, cum scelus filij Cain aspexerunt. Aut in Iacobo Patriarcha, uel Dauide Rege, uel Augusto Cesare, qui filie & neptis turpitudinem detestatus, huic uersum sæpe usurpare solitus est,

ὄντ' ὄφθαλμῶν ἀγαμῶσ τε μὲν ἄρ, ἀγονοσ τε ἔσθ' ὄφθαλμῶν. O utinam aut cæcebs essem aut prole carerẽ. Referantur autem ad hanc Syracide sententiam illustrandam, Psal. 127. Nisi Dominus edificauerit Domum &c. & Psalm. 112. Beatus uir, qui timet Dominum, Potens in terra crit semen eius,

Gene

Generatio rectorum benedicetur. Theocritus.   
 Εὐσεβέων πικρὸν ἔστι τὰ λώϊα: δ' υοσεβέων δ' ὄν.

Ignis deuorauit totam multitudinem.

Altera pars capituli repetit doctrinam primi præcepti de PROVIDENTIA DEI: cuius Doctrinæ summam uno hemistichio sapiens Poëta complicatus est. Ἐχεται θεὸς ἐκ δ' ἰκον ὄμμα. Cernit Deus omnia uindex. Est enim Providentia, actio mentis diuinæ, qua omnes omnium hominum cogitationes, consilia, dicta & facta bona & mala uidet, & quidem corda singulorum intropiscit, & atrocita hominum impiorum scelera, Punit atrocibus pœnis, & bonos ac pios defendit, & premijs ornat.

## CAPVT XVII.

**F**ili mi, audi me, discite sapientiam, & serio attende ad uerba mea. Certa & firma tradam tibi, & perspicuè docebo te.

Deus ab initio opera sua bene ordinauit, & unicuique suum dedit officium,

cium, conseruatq; in hoc ordine de die in diem. Indefinenter funguntur singula munere suo, alterumq; ab altero non impeditur & æterno huic mandato parent omnia.

Præterea respexit etiam terram, & amq; repleuit opibus suis, terrã etiam implet animalibus, quæ rursus subter terram ueniunt.

Deus creauit hominem ex limo terre, & rursus redigit eum in puluerem, Præscripsit eis tempus uitæ, tum masculum tum foeminam condidit & ad imaginem suam creauit eos. Dedit eis, ut formidabiles essent omni carni, & ut dominarentur super bestias & uolucres. Dedit eis mentem & sermonem, oculos, aures, intellectum & cognitionem, ut discrimen scirent boni & mali. Et præ omnibus animantibus respexit eos, ostenditq; eis suam ingentem Maiestatem, docuit eos, deditq; eis legem uitæ, æternum foedus faciens cum eis, sua iudicia manifesta uit eis, Oculis suis uiderunt maiestatem

tem eius, & auribus suis uocem magnificam eius audiuerunt, & dixit eis: Cauete ab omni iniquitate, & iussit, ut quilibet diligat proximum suum.

Omnis conuersatio eorum est in conspectu eius, nec abscondita illi.

Omnibus terris alijs constituit Potentatus & Principes, sed in Israel ipse semet uoluit esse paterfamilias & Dominus. Opera autem eorum omnia tam aperta sunt coram eo, sicut sol, & oculi eius assidue uident omnem conuersationem eorum. Omnis malicia eorum coram illo non est abscondita, & omnia peccata eorum coram illo sunt manifesta.

Benefacta hominis custodit, ut annulum signatorium, & bona opera, ut pupillam oculi, & tandem euigilabit, & unicuiq; reddet super caput suum iuxta merita.

Eos autem qui resipiscunt, recipit in gratiam, & defatigatos ipse recreat & consolatur, ne desperent.

Eos



Conuertere ergo ad Dominum, & desere uias peccati, Ora Dominum, & desine à malo. Adhære altissimo & relinque iniquitatem, toto corde odi Idolatriam. Quis enim Altissimum laudabit in inferno? Tantum qui uiuunt, laudare possunt, Mortui autem (ut qui amplius non superstites sunt) laudare non possunt. Laudato ergo Dominum interim dum recte uales & uiuis.

**B**reni compendio precipuas doctrine & pietatis Christiane partes complectitur, & totius fere Theologie epitome est. Deus enim, cum sit mens bona, sapiens & benefica, uult bonitatem & Sapientiam suam, non in tenebris abditam latere, sed lucere ac conspici, & angelis ac hominibus ipsum agnoscentibus impartire. Ideo totum hoc pulcherrimum mundi theatrum condidit, & miranda arte & Sapientia distinxit & ordinauit, ut Schola esset Sapientie, bonitatis, presentie & omnipotentie Dei σοφῆ καὶ ἐλευθεροῦ ποιοῦργῶ. Qui cum omnes res ceteras ad hominum utilitatem destinauerit: hominem ipsum ad Dei imaginem condidit, & ea bona, quæ in

Deo

Deo ipso sunt optima, uidelicet mentem intelligentem, & Sapientiam cum diuina mente conuenientem, & immoto septo discernentem recta & praua. Deinde uoluntatem liberam, & iustitiam ac rectitudinem diuina conformem, in homines transfudit, ut Deum agnoscerent, & testimonia de Deo sibi impressa, & suam cum Deo similitudinem & cognationem intelligerent & exercerent. Nec tantum uestigia presentie & Sapientie ac bonitatis erga homines suæ, omnibus rebus à se conditis, & in primis animæ & corporibus humanis conspicua impressit: Verum etiam ipse ex arcana sede sua predicens, sua uoce, & tradito certo uerbo, uoluntatem suam hominibus patefecit, quod uite hominum normam esse uoluit. Cumq; peccato primorum parentum, homines, horribiliter deformata imagine Dei, in peccatum & æternas miseras coniecti essent, rursus immensa misericordia patefecit Deus uoluntatem suam de Reconciliatione, & promissionem de semine mulieris Domino nostro Iesu Christo tradidit, qui caput Serpentis conteret et abolito peccato & morte, iustitiam & uitam æternam uera fide ad Deum conuersis redderet. Huius promissionis uoce omnibus temporibus Ecclesia Deo collecta, & à cæteris gentibus impijs distincta est. Et quidem in populo israel immensa Dei bonitate certa sedes Ecclesiæ constituta est, in qua uerbum

diuini

diuinitus traditum. Lex & promissio de Messia uenturo custodiretur & in cæteras nationes spargeretur: & ubi Messias definito tempore nasceretur, doceret, ederet miracula, fieret uelima, & resuscitatus ex morte conspiceretur.

Hic præcipuus finis fuit constitutæ Politicæ & Ecclesiæ Iudaicæ, in quo Christus tandem exhibitus est, & summam doctrinæ, omnibus hominibus ad ueram pietatem & æternam salutem necessariæ, tribus capitibus complexus est, cum iussit prædicari poenitentiam et remissionem peccatorum in nomine suo, & hac, fide accepta, deinceps uitare peccata, & Deo obedire iuxta omnia ipsius mandata, propter hunc finem, ut Deus honore afficiatur & celebretur. Hanc ipsam pietatis Christianæ summam Syracides hoc loco tradit, cum iubet nos resipiscere & conuerti à peccato ad Dominum, & orare seu petere à Deo remissionem peccatorum & firma fide adherere Deo nobis placato & propicio propter Christum Mediatorem & prelucente hac fide deinceps repugnare peccato & nouam obedientiam cum uoluntate Dei congruentem inchoare & uero corde & externa uoce prædicando, ac celebrando beneficia Dei & totius uitæ obedientia Deum laudare. Hoc modo non laudant Deum mortui, scilicet conacionando & docendo nec confessionem labore suo

re suo uiuis seruiunt, ut in Psalmo 113. dicitur: Non mortui Laudabunt te Domine.

## CAPVT XVIII.

**Q**uanta amplitudo est bonitatis & misericordiæ Dei, & propitius est eis, qui ad eum conuertuntur. Quid tandem homo esse potest, cum non sit immortalis? Quid est splendidius sole? & tamen interibit. Et quod caro & sanguis cogitat, reuera malum est, Videt quidem immensam altitudinem cœli, sed omnes homines puluis sunt & cinis,

Quicquid autem ille in æternum uiuens facit, hoc perfectum est & Dominus solus iustus est. Nemo eloqui potest opera eius, Quis magna mirabilia eius intelliget? Quis magnitudinem potentæ eius metietur? Quis amplitudinem misericordiæ enumerabit aut expendet? Neque prohibere,

L neque

neq̄ arguere quisquam potest eam,  
& grandia mirabilia eius nemo asse-  
qui potest.

Homo autem, quando summis uir-  
tutibus contendit, uix initium tenue ha-  
bet operibus, & cum putat se perfec-  
tusse, abest adhuc longissimè, Quid es  
nim est homo, aut quid efficere po-  
test? Quid adeo magni prodesse, aut  
nocendo obesse potest, cum maxime  
longœuus est, centum uiuit annis, Et  
sicut guttula est ad immensas aquas  
maris, & sicut exiguum granulum ad  
arenas in litore maris: sic sunt anni  
hominis ad æternitatem.

Ideo tolerat eos Deus, & miseri-  
cordiam suam effundit super eos, Ipse  
uidet & bene nouit omnes subiectos  
morti, Ideo bonitas eius opulentior  
est super eos, Misericordia hominis  
tantum est erga proximum, Dei au-  
tem misericordia effundit se in totum  
mundum, ipse castigat & corripit, ipse  
docet, gubernat, fouet & pascit, sicut  
pastor

pastor greges suos, Misereatur omnis  
um, qui duci se patiuntur, & diligen-  
ter audiunt uerbum Dei.

Fili mi, cum elargiris aliquid, noli  
munus deformare conuictio, & si cui  
donas aliquid, noli eum perturbare  
uerbis asperis, Ros & aura refrigerant  
in æstu: ita uerbum amicum sæpe  
melius est ipso dono; Imò sæpe unum  
uerbum gratius est quam ingens do-  
num, & homo humaniter beneficus,  
dat utrumq̄; Stultus autem insulse &  
arroganter exprobrat beneficium.  
Dono autem frigidus nihil est mole-  
stius.

Ipse discite primum, antequam do-  
ceas alios, Cura te ipsum primum, an-  
tequam sis medicus aliorum, Corripi-  
te primum te ipsum, antequam iudices  
alios, Tunc inuenis gratiam, quando  
alij castigantur.

Noli differre pœnitentiam, donec  
ægrotes, Sed respice cito è medio  
cursu peccatorum, Ne procrastina

hoc, ut melior fias, Noli differre emendationem uitæ usq; ad mortem.

Si uis seruire Deo, facias ex animo, ne tentes Deum. Cogita de ira, quæ impendere possit sub finem, & de ultionis hora, cum è uita discedendū erit. Qui enim satur est, cogitare debet, se rursus esurire posse, Et diuiti cogitandū est, se depauperari posse, Nam & ante uesperam res aliter cadere possunt, quam mane fuerint, & hoc totum sæpe repente fit coram Deo.

Homo sapiens in his omnibus sollicitus est, & in cursu peccatorum retrahit se. Qui intelligens est, hic eiusdemodi sapientiam amplectitur, & qui consequitur eam, laudat eam. Qui hanc doctrinam probe perdidicit, is sapienter se gerere potest, & differere de ea, ad erudiendos alios.

**M**axima pars XVIII. capituli coheret cum adhortatione ad Pœnitentiam seu conuersionem ad Deum, in fine superioris capituli instituta. Tres enim causas grauissimas recitat, quæ  
fin

singulos ad respiciendum & uitæ emendationem mature suscipiendam impellere & inflammare debent.

I. Immensa amplitudo bonitatis & misericordiæ Dei, paterna soporij inuitantis miseros et polululos homines ad agendam pœnitentiam, & offerentis gratuitam remissionem peccatorum & æternam cum Deo consuetudinem & gloriam, omnibus, qui fide ad ipsum conuertuntur. Huc totus Psal. 102. Benedic anima mea Domino, referatur.

II. Ingens imbecillitas, deprauatio & miseria humanæ naturæ, obnoxia omnibus calamitatibus & præsentī ac æternæ morti. Vere enim, οὐδέπαισιδὲ νόσσοι γαίᾳ ἔρεται ἀνθρώποις. Nil homine immensus fouet ærumnosius orbis. Et quicquid caro & sanguis cogitat reuera malum est, quæ sententia cum Pauli concione Roma. 8. congruit, Sensus carnis inimicitia est aduersus Deum, Et Genes. 6. & 8. Cogitationes cordis humani malæ sunt à pueritia. Item, Psal. 50. Tibi tibi tantum sum peccator.

En tibi peccamus, tibi nos peccasse fatemur,  
Ante tuos oculos nil nisi culpa sumus.

III. Quia singulis momentis mors subita omnibus imminet, Quæ impijs, qui ante pœnitentiam opprimuntur, aditus est ad æternas misérias & cruciatus nunquam desituros. Vult autem DEVS nobis ignotum esse illud momentum quo

ex hac uita discedendum est, ut poenitentiam non differamus, sed semper ad piam ex hac uita migrationem parati simus, Sicut infra in hoc XVIII. capite inquit. Noli differre poenitentiam donec ægrotes, Noli differre emendationem uitæ usq; ad mortem.

μητ̄ ἀναβάλλεσθ̄ ἐστ̄ ἄυριον̄ ἐστ̄ ἔννεθιμ̄  
 Qui non est hodie, cras nimis aptus erit.

Sunt autem in Complutensi editione Bibliorum post hanc sententiam, ἀριθμὸς ἡμερῶν ἀνδρώπ̄ου πολλὰ ἐκ̄ ἑαυτῶν, inserta hæc uerba consideratione dignissima, ἧ ἀλογίῳ ἐκείῳ πᾶσι ἢ κοιμῆσι. Nemo prospicere articulum temporis potest, quo moriturus est. Quare nos ipsos etiam hac cogitatione de uite nostre incertitudine & subita morte singulis momentis imminente, ad ueram poenitentiam mature & serio & uero corde agendam, excitemus. Nam simulatam poenitentiam, qualis fuit Pharaonis, Saulis & similibus & omnem hypocrisin, Deus acerbissime odit & horribiliter punit. Huc postrema huius capitis concio pertinet. Si uis seruire Deo, facias ex animo, &c.

In græca editione initio capitis extant hæc uerba ὁ ζωὴν ἐπ̄ τὴν αἰῶνα ἐκίσε τὰ πάντα κωνῆ, quæ uetus translatio reddidit. Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. Hinc ratiocinati sunt aliqui & in his Augustinus, omnes res à Deo simul &

mul & semel eodem temporis momento, non interuallo sex dierum conditas esse. Significat autem κωνῆ, non simul tempore, sed communiter, generaliter, uniuersaliter, omnia sine ulla exceptione, à Deo condita esse.

Fili mi, cum largiris aliquid, noli munus deformare conuicio.

Inserit præceptum de BENEFICENTIA, ornanda Comitate uerborum, quod Socrates his uerbis expressit μὴ τὰς χάριτας ἀχαρίτως χαρίζεσθαι. Et Paulus, Hilarem datorum diligit Deus. Inde enim nomen habet apud Græcos χάρις, à χαίρω, quod hilari & gaudente animo officia præstari debeant. Inde & χαρίτες quæ præ sunt Beneficentiæ & gratitudini nomina acceperunt εὐφροσῶν, ἀγλαία, θαλεία, Et Beneficium ab inuito datum simile est lapidoso pani.

Ipse discite primum, antequam doceas alios.

Necessaria in communi uita uirtus est DISCIPLITAS, discens primum eas artes, quas profiteri & exercere in uita instituit. Nam qui se pro Medicis uenditant, nec tamen artem Medicam prius didicerunt, non Medici sunt, sed impostores. In hanc Sententiam Aristoteles dixit Βε-

*tam fore hominum uitam si artifices de artibus iudicarent. Sic & necessaria uirtus est M O D E S T I A frenans superbiam, & peruersitatem iudicij, aliorum errata & neuos lynceis oculis cernentem & acerbam de eis censuram agentem, proprios uero neuos & peccata non aspicientem, nec uidentem manticae quod in tergo est. Iubent autem Syracides, Paulus & Salomon, primum uinumquocumq; opus suum explorare, & suam infirmitatem & lapsus agnoscere, & emendare. Deinde in alios inquirere & censuram agere.*

## CAPVT XIX.

**N**oli indulgere cupiditatibus tuis malis, sed defrauda genium, Nam si induleris cupiditatibus tuis malis, ipse facies te ludibrium inimicis tuis. Caue A sotiam, & ne assuefacias te ad helluationes, ne incidas in mendicitatis periculum, cum destituat te crumena, & cogaris a foeneratoribus accipere.

Operarius propensus ad pocula, non ditabitur, Et qui non etiam mis-

nuta

nuta comparcit, decrefcit de die in diem.

Vinum & mulieres dementant sapientes, & qui adhærent scortis, efferrantur & obbrutescunt, merces eorum tineæ & uermes, & exarescunt alijs in exemplum notabile.

Leuitas est, nimium esse credulum & qui patitur se falli, sibi ipsi infert damnum.

Qui lætatur se posse belle scurrari, contemnetur, Qui autem eiusmodi spermologos odit, cauebit a damno,

Si quid de proximo audis mali, noli prodere, Nihil tibi nocebit, si taceas, neq; amico dicas. Noli proferre, si illa læsa conscientia tacere potes. Nam homines quidem audiunt & attendunt, sed nihilominus oderunt te.

Si quid audisti, hoc abditum sit, & tecum sepeliatur, & habebis conscientiam quietam, neq; enim ideo uenter tibi dirumperetur.

Stultus autem erumpit, non aliter

L 5 atq;

atq; maturus foetus. Cum uerbum aliquod est in corde stulti, perinde est atque telum hærens in scemore.

Loquere primum proximo tuo, forsan id mali non fecit, uel si fecit, ut de cætero non faciat.

Conuenias ea causa proximum tuum, forsan id non est locutus, aut si id est loquutus, ut de cætero non faciat.

Alloquaris primum amicum tuum, sæpe mendaciter traducuntur homines, non ergo omnia credas quæ audis. Sæpe excidit uerbum hominibus nihil acerbe affectis. Et quis est, cui non aliquando uerbum parum attentio excidat.

Primum ergo alloquere amicum tuum, antequam tumultueris apud eum & cogita de mandato Dei. Timor Dei facit ut prudenter te geras in omnibus factis, & præceptum Dei, ut sapienter agas in omnibus negocijs.

Dolus & calliditas, non est sapientis, & impiorum technæ, non sunt prudentia,

dentia, sed omnia eiusmodi nihil sunt quam malicia, Idolatria, mera fatuitas & insipientia.

Melior est mediocris prudentia, coniuncta cum timore Dei, quam excellens sapientia, coniuncta cum prophanitate & contemptu Dei.

Pleriq; sunt ingeniosi, & tamen scelerati, noruntq; inuerrere & miscere negocia ut uolunt, Hi norunt obstipito capite incedere & seuro uultu, & tamen dolus subest merus, incedit demisso uultu, & auribus plus satis eruditus audit, Nisi obserues eum attentus, præuertet te incautum. Et licet non satis uirium uideatur habere ad nocendum, tamen cum suam occasionem & tempus captarit, Comprehendet te, Sæpe in uultu notas cernas huius doli, Et homo prudens, uel in gestibus hoc animaduertit. Nam uerstitus & incessus, & risus eiusmodi ueteratoris, produnt ipsum.

SEX SENTENTIAS  
continet.

**P**rima, generalis admonitio est de frenandis cupiditatibus & affectibus cæco & temerario impetu contra iudicium mentis & legem Dei riuentibus, de quibus in IX. & X. præcepto dicitur. Non concupisces. Et Cratetis uersus citatur πρῶτον τῆ δὲ κακῶν πάντων ἐπιθυμία ἔστι. Cupiditas est primus fons omnium malorum, culpa & pœnæ.

Caue Afotiam, & ne affrefacias te ad helluationes.

Secunda, Afotiam seu luxum & prodigalitatem, helluationibus & libidimbus bona sua dilapidantem, prohibet. Nam ut Aristoteles etiam in Ethicis inquit. Αἰῶτοι κατατοκίζόμενοι γίγνονται πένητες, id est, prodigi helluones exhauriti fœnore fiunt Pauperes. Et, Οἶνον καὶ φρονηόντας ἐς ἀφροσύνας καταβάλλει, Vinum etiam ex sapientibus stultos facit. Hic tota doctrina de Temperantia, Frugalitate, Continentia, Castitate & uicinis uirtutibus ex enarratione VI. & VII. præcepti repetatur.

Leuitas est, nimium esse credulum.

Tertia, stultam credulitatem improbat, quæ cum

cum ueritate & Prudentia & candore pugnat. σὺ φρονεῖ δ' ἀπιστίας οὐκ ἔστι οὐδὲν ἄριστον μῶτερον ἔροτοῖς.

Prudente diffidentia melius nihil mortalibus, iuxta Euripidem. Et Epiphanius, inquit, Neruus atq; artus Sapientie esse, Non temere credere: Nec pugnat hoc præceptum cum Pauli dicto: Caritas omnia credit, scilicet credenda, non est luuida, suspicax, maleuola, sed candide de aliorum uoluntatibus iudicat, donec probabili ratione potest.

Qui lætatur se posse belle scurrari.

Quarta, Scurrilitatem improbat, cui opposita uirtus est VRBANITAS, quæ sine scurrili uirulentia aut uanitate ridicula, figurate uel iocose uel false dictis tempestiue alios admonet, reprehendit, uel delectat. Pertinet ad VIII. Præceptum Decalogi, Scurræ deducunt Grammatici à σκῶρ stercus, unde σκωραμῖς matula, quid excrementorum sordes excipiuntur, & Scoridæ, feces metallorum.

Si quid de proximo audis mali.

Sequentes sententiæ octo de CANDORE & ΕΠΙΕΙΚΕΙΑ loquuntur, quæ silentio tegit aliorum delicta & nœuos, & non indulget Maleuolentiam



uolentia, liuori, obrectationi, maledicentia, calumnijs & uicinis uicijis, quæ cum V. & VIII. præcepto pugnant.

Dolus & calliditas non est Sapiencia.

VI. Discernit ueram sapientiam quæ est uera cognitio Dei, & gubernatio consiliorum & actionum uitæ, congruens cum uoluntate & uerbo Dei: à prophana calliditate & uersutia, quæ est celeritas ingenij acute cernens artes querendi & tuendi potentiam, opes & alia commoda uel præsidia, & præmendendi uel ledendi alios; expers ueræ pietatis & timoris Dei. Congruit cum Platonis Epitaphio. Πᾶσα ἐπιστήμη, χωρὶς ἰσορρομῆς δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πωροσύνη ἐστὶν οὐ σοφία φαίνεται. Et cum germanico Proverbio. *Je geleter/je verterter.* ὅσω ἂν ὀξύτρον βλέπει ψυχῆριον, τοσῶτον πλείω κακὰ ἔργα ἰσορρομῶν. Quo acutius est ingenium (uirtute non excultum) eo plura mala facit. In fine monet, Non tantum ex moribus, dictis & factis, uerum etiam ex ultu & habitu seu uestitu, incessu & risu, de Hominis ingenio iudicari posse. Seneca.

Et qualis animo est, talis incessu uenit.

CAPVT

## CAPVT XX.

Sæpe quis proximum suum obseruat, sed non satis in tempore, & prudentius faceret, si taceret.

Melius est admonere proximum libere, quam inclusum tenere odium, Et qui monentem æquo fert animo, huic afferet commodum.

Qui in iudicio opprimit per uim pauperes, perinde est, atque si custos Gynecei ipse constupret uirgines, quas custodire debet.

Plerique tacent, non habentes quod respondeant, Quidam autem tacent, expectantes tempus suum. Vir prudens tacet, donec uideat tempus suum, At præceps & stultus, tempus expectare non potest.

Qui multa garrit, fastiditur, & qui arrogat sibi potentiam, odio habetur.

Plerique fortunati sunt in negotijs malis, & id ipsum tamen cedit eis ad perditionem,

Plerique

Pleriq; munera sua parum bene collocant, Econtra sunt qui optime collocant.

Qui ostentationi student, conciliant sibi infortunium, Qui intra modum se continent, exaltantur.

Pleriq; initio paruo precio rem aliam quam emunt, uerum tandem eis constat satis magno.

Vir sapiens ornat munus suum suauitate sermonis, At quæ stulti donant, ea sæpe deformant ipsi.

Dona stulti non ita multum profutura sunt tibi, nam uno oculo donat, interim septem oculis intentus, quid hinc ipse uenetur. Parum donans plurimum exprobrat, & insar præconis illud ebuccinat, Hodie mutuat, cras reposcit. Hi nimirum homines sunt odio digni.

Stultus in hunc modum est querulus, Cui tandem fidam? Quis digne respondit beneficijs meis? Etiam qui edunt panem meum, sistere loquuntur

tur de me. O quam sæpe & quam à multis hic deridetur, Nam his sermonibus maiori periculo ruit, quam si caderet de solario, Ita mali tandem subito cadunt.

Homo rudis & agrestis imprudenter effutit uerba, & pergit effundere omnia quæ in mentem illi ueniunt.

Stultus etiam si aliquid boni loquitur, tamen nullius momenti est, Nam non loquitur in tempore.

Plerosq; à male operando auertit inopia, atque hi id commodi hinc habent, quod conscientia malæ onere carent.

Pleriq; pessima patrant, ut tueantur existimationem suam, atq; id faciunt in gratiam impiorum.

Inuenias, qui patrocinentur alteri in causa iniusta, atq; eo ipso sibi inimicum faciunt.

Mendacium in homine turpissima macula est, uulgata tamen apud indomitos & rudes. Ne fur quidem

M tam

ram sceleratus est, quàm homo, qui ad mendaciã se assuefecit, sed tamen ad coruos relegatur uterq̃.

Mendacium hominĩ est res turpissima, neq̃ unquam mendax potest recuperare honorem suum.

Homo prudens suis sapientibus sermonibus se prouehit ad honores, & uir sapiens charus & gratus est Principibus.

Qui agrum suum diligenter colit, auget aceruos suos, Et qui ita se gerit, ut apud Principes gratiofus sit, sæpe malis Reipub. occurrere potest.

Munera & corruptelã excœcant sapientes, & capistro frenant os eorum ne uitia castigare possint.

Vir sapiens, qui operam suam denegat Reipub. & thesaurus absconditus, cui hæc duo profunt?

Melius est abdĩ in ocio stultum, quam uirum sapientem.

**F**arrago est præceptorum de multis uariarum uirtutum officijs. Ordine igitur numeris ea distinguam.

Sæpe

Sæpe quis proximum suum obiurgat

I. De Admonitionibus tempestiuis. (Nam in tempestiue, qui monet, ille nocet) & de auscultantibus bene monenti, qui secundus gradus est laude dignorum apud Hesiodum, præcipit. Virtutum appellationes sunt CANDOR & DOCILITAS quæ ad VIII. præceptum Decalogi referuntur. Extant autem aureæ commonefactiones de admonendis amicis & corrigendis eorum neuis & erratis, in libello Plutarchi, De discrimine Assentatoris & Amici.

Qui in iudicio opprimit per uim pauperes.

II. Tyrannidem Magistratum reprehendit, qui Pauperes, orphanos, uiduas & alios iniuste oppressos, quorum defensio & liberatio ipsis commendata est, non modo non protegunt, sed magis etiam opprimunt & deglubunt. Huc totus liber Sapientiæ pertinet, & Psalmus 82. Deus stetit in Synagoga Deorum.

Pleriq̃ tacent, non habentes quod respondeant.

III. De prudenti TACITURNITATE frenante Garrulitatem, præcipitantiam, uanitatem

M 2 tem

tem seu iactantiam, & rusticum pudorem non loquentem etiam cum opus est. Pertinet ad VIII. præceptum Decalogi.

Vir prudens tacet donec uideat tempus suum.

Δύο ποιεῖ κορυφῆς τοῦ λέγειν, ἢ πρὸς ὧν ὁἰοῦται σαφέως, ἢ πρὸς ὧν ἀναγκασίον εἶπέναι.

Qui arrogat sibi potentiam, odio habetur.

Vani & immodice se prædicantes & præferentes sese cæteris & quasi regnum inter collegas exercentes, ab omnibus odio habentur.

Pleriq; fortunati sunt in negocijs malis.

III. Etiam si impij aliquantisper florent & felices successus etiam in malis causis habeant: Tamen tolluntur in altum, ut lapsu grauiore ruant: & horribiliter à Deo plerumq; etiam in hac uita euertuntur. Pertinet ad doctrinam primi præcepti de Providentia Dei punientis impios, & ad Psalmum 37. Noli æmulari.

Pleriq; munera sua parum bene collocant.

V. De

V. De BENEFICENTIA monuit cap. XII. Bonis & pijs potius quam ingratissimis pijs officia & munera tribuenda esse. Nam bonis quod bene fit idem esse gratum & graue solet. Econtra beneficia male locata, male facta arbitror.

Qui ostentationi student, conciliant &c.

VI. De MODESTIA continente se intra suæ infirmitatis & officij metas, nec effervere se supra uires aut extra uocationem, nec ostentante se in augendis pompis supra modum. Nam: Omnibus in rebus modus est pulcherrima uirtus & Deus superbis resistit, modestis autem & humilibus dat gratiam.

Pleriq; initio paruo precio rem aliquam emunt.

VII. Prudentia pars est circumspicere cauere, ne mercibus uili precio uenditis, uel etiam donis aut alijs officijs exiguis induci nos patiamur, ut septuplo plura uicissim, magno cum rei familiaris dispendio & iactura, refundamus, ut noui Equitem seu nobilem, qui alteri equum, & uestem holericam donauit: & uicissim ab illo 3000 aureorum mutuo accepta decoxit, cumq; non esset soluen-

M 3

soluen-

soluendo alter pro suis 3000. florenis nihil aliud quam damnum cum pudore recipiebat,

Vir sapiens ornat munus suum frauitate.

VIII. Beneficentiam monet ornandam esse COMITATE & significatione animi beneuoli erga eum cui beneficit. Monet item nihil captandum esse beneficijs, sed liberali animo, uirtutis causa, liberalitatem colendam esse.

Homo rudis & agrestis, imprudenter effutit.

IX. Futilitatem prohibet, de qua & uicinis lingua uicij cum VIII. præcepto pugnantibus, adolescentes Euripidis dictum meminerint. Αχαλίνωρ σομάτι: π τὸ τέλ & δυσυχία. Effrenis lingue finis est calamitas.

Plerosq̃ a male operando auertit inopia.

X. De bona Conscientia, quam Pauperes honestis laboribus sese frenantes, facilius tueri possunt, quam diuites & potentes, qui omnibus cupiditatibus & sceleribus frenos liberius laxant, Cicero: Pecuniam si cui fortuna ademit, tamen  
dum

dum conscientia & existimatio est integra, facile consolatur egestatem honestas.

Pleriq̃ pessima patrant, ut tueantur.

XI. Μὴ κακῶν κακῶ ἴω. Si uoles existimationem tuam & bonam famam tueri, non certes maledicentia, conuicij & alijs malis artibus cum aduersario: sed modeste te defendas, & recte faciundo ac honeste uiuendo potius quam scriptis & clamoribus innocentiam tuam declares. Vt ille interrogatus, Πῶς ἄρ ἁμάρτηται τὸν ἐχθρὸν, Quomodo se ulcisci de suo inimico possit: respondit, αὐτὸς καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἡγορησέτω. Si te urum honestum & bonum prestabis.

Mendacium in homine turpissima macula est.

XII. MENDACIVM uituperat, cuius descriptionem & genera diuersa & uaria, Adolescentes ex 8. præcepti enarratione repetant: & hanc Salomonis uocem assidue in conspectu habeant. Prouerb. 12. Abominatio est Domino labium mendax.

Homo prudens se euehit ad honores.

XIII. Sapientia & Eloquentia sunt nerui

M 4 eue

eu. hentes ad gubernationem & familiaritatem Principum & Regum : & necessaria praesidia & ornamenta gubernatorum. σοι δ' ἐνι μὲν μορφῇ ἐπέωρ : ἐνι δὲ φρένες ἐδδαί. *Mente uales, iuncta est facundis gratia dictis.* Tales Principum amici consilio & auctoritate sua totae Reipublicae plurimum prodesse, & mala publica lenire & mitigare possunt, ut dicitur: Σύμβουλος ἀγαθὸς κοινὸν ἀγαθὸν ὄσθι. *Bonus consiliarius Principis, est commune totius Reipublicae bonum.*

Qui agrum suum diligenter colit.

XIIII. De Sedulitate diligenter faciente labores sive uocationi conuenientes. τῶν πόνων γὰρ πωλῆσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθὰ θεοί. *Per labores uendunt nobis omnia bona Dij.*

Munera & corruptelae excocant Sapientes.

XV. Δῶρα θεοῦς πεῖθῃ ἢ ἀδοίως βασιλεῦς. *Munera conciliant Diuos Regesq; uerendos.*  
Demosthenes.

Ἐκφρονας ἢ πῶσ' ἀπλήγας ποιεῖ τὸ δωροδοκεῖν.

Capistro frenant os eorum.

βοῦς

βοῦς μοι ἐπὶ γλώτῃ κρατῶν ποδὶ λάξ ἐπιβαίνων κατ' ἄλλαν μορφήν ἐπισημαίνων. *Bos, id est, Numus boue insignitus, linguam meam calcibus feriens, impedit ne loquar, etiam si quid dicendum sit, sciam.*

Vir sapiens qui operam suam denegat Reipub;

XVI. Vir Sapiens non se in ocium & latebras abdere, sed doctrina, consilio, & industria sua Ecclesiae & Reipublicae seruire debet.

Ἄλλω δ' ἐν στήθεσι ἂν ἔσθι νόον ἐνρυστὰ ζεύς ἐδδαί, ἢ δὲ τὲ πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι. καὶ τὰ πόλεις ἐσώσωε.

Alicuius Iouis arbitrio sapientia cordi Infidet, hic multis prodest mortalibus unus Consilioq; urbes seruat.

Seneca Epistola 6. In hoc gaudeo aliquid discere, ut doceam. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam, nec enunciem, reiciam.

## CAPVT XXI.

Fili mi, si peccasti, desine a peccato & ora, ut & praeterita tibi condonetur.

M 5 netur.

nentur, Deuita peccatum quasi serpens, Nam si nimium prope accesseris, punget te, Dentes eius ut dentes Leonis, & occidunt hominem.

Quodlibet peccatum est instar gladij acuti, & sauciat insanabiliter.

Qui iniuria afficit, & uim infert, tandem mendicitate plectitur, Homo superbus tandem de domo sua & facultatibus naufragatur, Nam protinus cum clamat afflictus, audit Deus & ultio subito ueniet, Qui se admodum non patitur, hic iam uia ingreditur impiorum.

Qui timet Deum, afficitur admodum nitibus. Qui autem superbe adhuc insultat, hunc tamen Deus uidet procul, & homo prudens cernit, quod ille prope interitum est.

Qui domum suam ædificat operibus alienis, coaceruat lapides ad sepulchrum sibi.

Totus cœtus impiorum est uelut floccus stupæ, quam flamma deuorat.

Impij

Impij incedunt scilicet litostrotho specioso, cuius finis fundamenta sunt inferni.

Qui obseruat mandata Dei, non sequitur somnia capitis sui, & timere Deum ex animo, sapientia est.

In ingenijs illiberalibus frustra est labor educationis, Quidam satis mentis habent, & tamen plurimum damni dant.

Homini sapientis doctrina fluit ut torrens, & scaturigo uiua.

Cor autem stulti est ueluti uas plenum rimarum, hac atque illac perfluens, nec doctrinam ullam continere potest.

Quando homo prudens audit doctrinam bonam, laudat eam & late seminat eam; Verum si audiat eam petulans & contemptor, displicet ei, & post tergum proijcit eam.

Sermones stulti sunt ueluti sarcina premens in itinere. Iucundi autem sunt sermones sapientis.

In senatu attentio est ad uerba sapientis,

piētis, & eius sermones magni momenti habentur. Sermo stulti est instar domus ruinosæ & laceræ. Et quidnam consilium hominis imprudentis sibi uelit, ne intelligi quidem potest.

Stultus fugit disciplinam non aliter atq; si compedes ei iniiciantur. Sapiens autem pro aureo ornamento estimat, & pro armillis in brachio dextero.

Stultus inopinato irruit in aedes alienas. Prudens autem uerecundè se gerit. Stultus uel per fenestram aliā enam inserit caput suum. Prudens autem foris exspectat.

Insignis rusticitas est, auscultare ad ostium. Homo prudens duceret hoc sibi turpe esse.

Stulti effundunt nihil ad rem pertinentiā, Sapientes autem aurificis libella uerba sua expendunt.

Stulti habent in labijs cor suum. Sapientes autem os suum in corde inclusum habent.

Stultus

Stultus sonore cachinnos edit, Sapiens autem uerecundè subridet.

Quando impius execratur sceleratos, execratur seipsum.

Sufurriones ipsi sibi nocent, & nemo libenter eis conuersatur.

## SEX CONTINET LOCOS

precipuos.

I. DE IUSTITIA VNIVERSALI  
ut ante omnia peccata Lege Dei prohibita & obediēte Deo iuxta omnia eius mandata, precipit. Vtitur autem Argumento ab inuili seu pœnis peccatorum, quæ sunt aculei mortis. Idq; amplificat tribus similitudinibus seu iconibus, ut serpens uirulentum morsum infigit: ut Leo prosternit & conterit obuia: ut gladius acutus letale uulnus infligit: ita Peccatum occidit hominem, dum & conscientiam horribiliter uulnerat & exagitat in hac uita, & perpetuis anime ac corporis cruciatibus plectitur in omni æternitate.

II. Superbis Tyrannis pœnas minatur. Et congruit cum cantico Mariæ dispergit superbos mente cordis sui. Deponit potentes de sede. Vt Pompeius, Antonius & alij insatuati potentia & rebus secundis, tandem omnium fortunarum suarum



rum & uite etiam naufragium fecerunt. Virtutes oppositæ sunt IVSTICIA neminem ledens & MODESTIA.

Qui se admoneri non patitur.

III. Repetit præceptum de DOCILITATE auscultante aliorum admonitionibus, & emendante errores & mores uiciosos, de quibus corrigendis, uoce parentum, Magistratum, præceptorum, uel amicorum admonetur. Huic uirtuti opposita est pertinacia & superbia, quæ suam nequod ὀξίαν pluris facit quam ueritatem, & errare mauult, quam alteri uera monenti cedere. Cur errare pudens prauè, quam discere malo.

Qui domum suam ædificat opibus alienis.

IIII. Iniusticiam seu rapinas & Auaritiam sibi ipsi exitium accersere docet, & generalem Sententiam de pœnis & interitu impiorum subitò attexit.

Qui obseruat mandata Dei, non sequitur somnia.

V. Reliqua pars capitis descriptionem ueræ SAPIENTIÆ & antithesin Sapientiæ & stultitiæ continet.

Sapientia

Sapientia est uera agnitio Dei & uera pietas regens consilia & actiones uitæ omnes, iuxta uerbum Dei.

STVLITICIA est ignoratio & contemptus Dei, errans in opinionibus, consilijs, dictis & factis, Quia non uerbum Dei, quod unica ueritatis norma est, sed sui capitis somnia sequitur.

Recitat autem Syracides quinque uel sex discrimina, quibus stulti & Sapientes agnosci & discerni possint.

I. Sapiens sua iudicia, consilia, mores, actiones & uitam totam dirigit ad normam mentis diuine expressam in uerbo, in quo se patefecit Deus. Stultus spreca uerbi diuini regula sui capitis somnia sequitur.

II. Sapientes sunt dociles, patiuntur se uerbo Dei erudiri, moneri & regi. Stulti sunt indociles & pertinaces.

III. Sapientum consilia, dicta & facta sunt ordinata, recta, salutaria & hominibus sanis grata & suauia. Stultorum uero consilia & sermones sunt inordinati, confusi, distorti, inutiles & perniciosi.

IIII. Sapientes sunt modesti, uerecundi, circumspetti, graues, Stulti sunt curiosi, πολυπραγοὺς, impudentes, præcipites.

V. Sapientes sunt in loquendo constantiores, circum-

circum-

circumſpecti, prudentes, & uerba ſingula aurificis libella expendunt. Stulti ſunt garruli, praecipites, futiles, ἀνυπόλογοι, & χαλινόςομοι.

VI, Sapientes ſunt graues ſi dati, alieni ab omni ſcurrili leuitate. Ecce contra per riſum multum debes cognoſcere ſtultum.

## CAPVT XXII.

**H**omo piger perinde eſt atq; lapis in luto iacens, Qui leuat eum, cogitur extergere manus.

Filius non bene educatus, ignominia eſt patris, Filia prudens facile elocatur, ac filia parum proba à procis negligitur, & contriſtat patrem iuum, Et quæ ferocula eſt, cum patri, tum & marito ignominia eſt, exoſa quoq; utriq;.

Sermo intempetiſſimus, muſica eſt in luctu, Si quem admonere aut docere uis, obſerua tempus.

Qui conatur docere ſtultum, perinde facit, atque ſi fragmina reſarcias in uale fictili, aut arcie conſopitum excites.

excites, Qui loquitur ſtulto, loquitur ſtertenti, cum ſinieris ſermonem, dicet, quidnam erat?

Super mortuo luctus ſuſcipitur, eò quòd hac luce nunc careat, Longe magis lugendus erat ſtultus, quòd mente careat. Nemo nimio luctu debet ſe conficere de mortuis: Nam quietem naſti ſunt. Vita uero ſtulti, morte eſt triſtior, Septem diebus lugetur ſuper mortuo, uerum ſuper ſtultis & impijs per omnem uitam.

Ne multa loquaris cum ſtulto, neque conuerſare homini parum prudenti. Vita eum quantum potes, ne plectaris damno, & contamineris ab illo. Fuge eum ut pacem habeas, ne per ſtulticiam eius erumnæ te implicent & anguſtiæ. Quid eſt grauius plumbo, & quo nomine notabis ſtultum ſignificantius? Tolerabilius eſt arenam, ſal & ferrum portare, quàm ferre hominem ſtultum.

Sicut domus bene contignata, aduerſus turbinem uentorum inuicta eſt.

N est.

est: Ita animi robusti fide & certi, nullius franguntur terroribus.

Sicut incrustatio calcis in pariete aduersus imbrem, & sepes male plexa in montibus altis, contra uentum non subsistit: Ita cor pauidum stulti non perdurat contra ullos terrores.

Cum oculum premis, elicis lacrymas. Et quando male conscio cor tangis, ipse se prodit.

Qui uolucres iactu petit, abigit eas, Et qui contumelia afficit amicum, diuellit amicitiam.

Etiamsi gladium stringas aduersus amicum, tamen leuius est quam contumelia. Nam facile potestis reconciliari, si non uites eum, sed colloquaris illi. Omnia sanabilia sunt præterquam contumelia, contemptus, proditio secreti, fraudes, Hæc sunt quæ abigunt amicos.

Fidum te præbe erga amicum tuum tempore paupertatis suæ, ut lætari cum eo possis rebus secundis.

Firmum

Firmum præsta amicum rebus aduersis, ut illius meliori fortuna etiam uti possis.

Antequam incendium erumpit in flammam, primum excitatur fumus & uapor: Ita post contumeliam sequitur cædes.

Non pudeat te defendere amicum tuum, & noli uitare eum. Si ingratus malum tibi repondet, uitabit ipsum omnis qui hoc audit.

**P**rima Sententia est uituperatio Pigritiæ & desidiæ, ignauium & iners ocium agentis, & labores necessarios plane omittentis. Virtus opposita est SEDVLITAS, quæ labores propriæ uocationi conuenientes propter Deum & communem salutem, diligenter, fideliter & constanter facit.

Filius non bene educatus ignominia est patris.

II. De PIETATE parentibus debita, & soporij parentum erga natos: quæ ideo insita est hominum nature, ut sit commonefactio de uero & ardenti amore æterni patris erga filium &

erga nos. Ac ut sit uinculum mutue beneuolentiae ac neruus societatis humanae. Vt autem summa uoluptas est parentum, habere liberos morigeros & probos: Ita post sensum irae Dei, nullus est dolor acerbior, quam qui oritur ex turpitudine uel calamitatibus liberorum. Haec cogitatio doloris parentum, augeat in liberis curam obediendi.

Sermo intempestiuus, musica est in luctu. Qui conatur docere stultum, perinde facit &c.

III. Denuo repetit praecipuum de Admonitionibus errantium tempestiue instituentis, & de discernendis generibus auditorum, qui monendi aut docendi sunt. Alij enim sunt dociles & infirmi, quos amanter docere, nec intempestiue obiurgando uel docendo turbare debemus, ut Paulus uebet non intempestiue turbari infirmos, & uulgo dicitur:

Intempestiue qui docet, ille nocet.

Alij sunt *μωρόκαχοι*, non sani iudicio, nec intelligentes ea de quibus certant, & tamen arrogantes & fascinati persuasione sapientiae, prauae, pertinaces, qui neq; quaerunt neq; amant ueritatem, sed suas quasdam opiniones & persuasionem sapientiae mordicus tuentur, & admoniti fiunt

rabio-

rabiosiores. Tales non moneri aut doceri frustra, sed uitari & fugi debent, ut Christus inquit: Nolite sanctum dare canibus, ne conuersi lacerent uos. Saepe autem in Imperijs & Ecclesia dominantur tales *μωρόκαχοι*, ut Claudius, Roboam. His consilia dare & seruire, uiro bono & prudenti reuera grauius est, quam arenam, sal & ferum portare, sicut ille apud Aristophanem seruus insipientis Domini exclamat:

ὦ ἐ ἀργέλεον πρῶγι ὄσῃ, ὦ ζεῦ καὶ θεοί,  
Δῶλον ἤρῃσθαι πρᾶφρονδντος δεωτοῦ.

O Iuppiter Dijs, quanta molestia est seruuum esse fidum non sapientis Domini.

Sicut domus bene contignata, aduersus &c.

III. Insignis sententia est de FIDE, quae est fiducia cordis in Deo nobis propitio & fauentis acquiescens, & certo statuens se Deo curae esse, se propter Christum Mediatorem à Deo diligere, exaudiri, & in omnibus periculis iuuari, defendi & aeterna salute donari. Haec fides reddit cor tranquillum & letum, ut in periculis & aerumnis omnibus non frangatur trepidatione, metu & terroribus ullis, sed solidae Petrae Christo constanter inuitatur & omnes dubitationum & paucorum fluctus à se repellat & uincat. Matth. 7.

N 3 Firma

*Firma fide innitens Deo, similis est homini prudenti, qui edificauit domum suam super Petram. Et in Psal. 124. Qui confidunt in Domino, tanquam mons Sion non commouebuntur. Psalm. 61. Nonne Deo erit subiecta anima mea &c.*

Cum oculum premis, elicis lachrymas.

V. De mala Conscientia, quæ seipsam prodit.

VI. Reliqua pars capituli de FIDELITATE in Amicitia concionatur, quæ in uera beneuolentia mutua, & amici dignitate & commodis tuendis, seruat constantiam in rebus secundis & aduersis. Vicia opposita sunt, Perfidia deserens aut prodens amicos in rebus aduersis. Item Contumelia, quam Græci ὑβρις uocant, petulanter uerbis uel factis ledens existimationem & famam eorum, à quibus nec prouocati nec laesi sumus, de qua Plutarchus in Timoleonte inquit, χαλεπὸς τῶρον ὑβρις ἢ βλαβὴν φέρονται. Alterum extremum est stulta Fidelitas, iuuans amicum in causis iniustis uel impossibilibus. Colligantur autem sententiæ Syracidæ de Amicitia in unum acruum ex cap. 6. 9.

13. 14. 27.

CAPVT

## CAPVT XXIII.

Utinam seram obdere possem ori meo, & firmissimum sigillum labijs meis, ne per illa caderem, & perderet me lingua mea.

Domine Deus Pater, dominator uitæ meæ, Ne patiaris me misceri blasphemis, neque perire inter eos. Utinam omnes cogitationes meas possem coercere freno, & cor meum castigare uerbo Dei. Utinam non indulgeam mihi si quid errem, nec causa sim peccandi, ne errores excitem maximos, & plurimum perpetrem mali. Ne interire contingat me coram inimicis meis, & ipsis sim ludibrio.

Domine Deus, dominator uitæ meæ, custodi me ab oculo impudico, & custodi me à uoluptatibus malis, ne patiaris me obbrutescere in crapula & libidinibus, & custodi me à corde impudenti.

Filij, discite continere linguam,

N 4 nam

nam qui continet os, ille non impingit uerbis sicut impij, blasphemi & superbi per hoc cadunt.

Noli assuefacere os tuum ad iurandum, & non usurpes nomen Dei inuauum. Nam sicut seruus, qui saepe uapulat, non est sine uerbicibus: Ita non est sine peccatis qui saepe iurat, & nomen Dei inuauum usurpat.

Qui saepe iurat saepe peccat, & calamitas non cessabit a domo eius.

Si iurat, & non intelligit, nihilominus tamen peccat. Si autem intelligit, iam dupliciter reus est. Sin autem iurat sine damno proximi, tamen non est sine peccato, domus eius duriter affligetur.

Sunt qui iurant ad mortem, a quo custodiat Deus domum Iacob. Timentes Deum, uitent hoc, neque contaminent se hoc peccato.

Noli assuefacere os tuum ad iurandum ita faciliter, Nam proficiscuntur a malo proposito.

Noli

Noli obliuisci doctrinam patris tui, & matris tuae, & sedebis inter Principes, nec obliuio erit tui. Ne assuefias stulticiae, & tandem praepotes te non esse natum, atque execreris natalem diem tuum.

Qui assuefacit se ad contumelias, hic per omnem uitam non redditur melior.

Secundo peccare nimium est. Tertio uero peccare, poenam secum adfert.

Qui aestuat libidine, est uelut ignis ardens, neque desinet, donec inflammet seipsum.

Homo libidinosus, non est corpore quieto, donec ignem accendat.

Libidinoso homini, qui uisus cibus dulcis est, non desinit, donec expleat cupiditatem suam.

Vir qui adulterium admittit, & cogitat apud se, quis me uidet? Tenetbrae cingunt me, parietes occultant me, iam me uidet nemo. Quem mentuam, quem reuerere? Altissimus mea

N 5      pec

peccata nihil moratur. Hic tantum reueretur oculos hominum, & non cogitat quod oculi Domini sunt multo clariores sole, omniaq; cernunt facta hominum, penetrantq; in angulos abditissimos. Omnia tam sunt nota illi, antequam creentur, quam postea cum creata sunt. Hic uir in urbe publice dabit poenas, tunc deprehendetur, cum minime cogitat.

Idem accedit mulieri, quæ deserit maritum suum, & liberos habet ex alieno. Primum refragatur mandato Dei. Secundò peccat contra maritum suum. Tertiò, per suum adulterium procreat liberos supposititios: Hæc eiſcietur ex Ecclesiæ cœtu, & liberi quoq; eius hoc luent. Liberi eius non agent radices, & rami eius non profecerent fructum, Ad posteritatem male dicitur, & ignominia eius non deletur. Ex hoc discunt posterii, quod nihil melius est, quam timere Deum, & nihil dulcius, quam magnificare mandata Dei.

Primum

Primum de moderanda & frenanda lingua præcipit, Quam duplici uallo dentium & labiorum natura ipsa muniuit, & in specum oris abdidit, plurimisq; uinculis alligauit, ne præcipiti petulantiq; facilitate exitium & perniciem hominibus adferret. Αχαλινεωσ ἢ σοματωρ τὸ τέλ & δυσυχία. Effrenis oris finis infortunium. Ideo iubet Solon, σφραγίζεσθαι τοὺς μὲν λόγους σιγῆ, πλὴν δὲ σιγῆν νοουφῶ. Ad octauum præceptum Decalogi referri potest.

Domine Deus pater dominator uitæ meæ.

II. Precatio ad primum & secundum præceptum pertinet, qua mentem suam à Deo doceri & regi petit, ut recte de Deo sentiat & loquatur & Deum recte agnoscat, inuocet & celebret, nec in errores blasphemos, fanaticos aut Epicureos incidat, uel alios falsa & impia docendo seducat, sicut multi summi uiri, ingenio, sapientia & doctrina præstantes, horribiliter lapsi sunt, Aaron, Salomon, Manasse, Petrus &c. Et plurimi blasphemorum dogmatum authores, nunquam ad Deum conuersi sunt, ut Samosatencus, Arius & similes.

Sunt autem Blasphemia, omnes falsa opinioniones, sermones, & dogmata de Deo, pugnantes cum

cum norma uerbi à Deo traditi, quibus contumelia Deus afficitur.

Cum uero nihil magis humanum sit in hac naturæ corruptione, quam labi, errare, hallucinari, præsertim in cogitatione & Doctrina de Deo: moneat & impellat nos Scholasticos præcipue, hæc mentium nostrarum infirmitas & opinionum ac morum pericula, ut quotidie in nostra inuocatione has Syracidæ preces usurpemus, & unâ cum Dauide nos à Deo doceri, & omnes nostras cogitationes, studia, iudicia, consilia, dogmata & mores à Deo gubernari petamus, his uerbis, Psal. 25. *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Dirige me in ueritate tua & doce me, quia tu es Deus saluator meus, Psalm: 119. Fac cum seruo secundum misericordiam tuam & iustificationes tuas doce me, Seruus tuus sum ego, da mihi intellectum ut discam testimonia tua. Sic & precatio Domnica orditur à petitione ueræ doctrinæ & gubernationis diuinæ.*

### Custodi me ab oculo impudico,

III. Petit suos mores à Deo regi, ut pudici, sobrii & casti sint & imprimis se custodiri petit à corde impudenti, quod nec Dei nec hominum honestorum iudicia & infamiam, delicta comitantem, ueretur, sed absq; ullo pudore seu metu iudicij diuini

diuini & propriæ conscientie, & aliorum recte iudicantium omnibus cupiditatibus & sceleribus frenos securè laxat. De tali corde uere inquit Xenophon, *τὴν ἀνολοχωνίαν μεγίστην εἶναι ἐπὶ πάντων τὰ εὐχρὰ ἡγεμόνα.* Impudentiam esse maximam ducem ad omnem turpitudinem.

### Noli assuefacere os tuum ad Iurandum.

IIII. Iurandi futilitatem cum secundo & VIII. præcepto pugnantem prohibet. Est autem iuramentum, Inuocatio ueri Dei, qua petimus ut sit testis nostri sermonis & fallentes se uere puniat.

Species legitimi iurisiurandi due sunt, cum uidelicet, uel mandante Magistratu uel cogente uocatione præstantur. Reliqua, que priuata futilitate, sine necessaria causa, de re qualibet fiunt, etiamsi non accedat cupiditas nocendi alijs, tamen grauius peccata sunt, prohibita hac uoce Christi, *Sit sermo uester, est, est, non, non.* Quod uero plus est, à malo est. Et periuria, ac omnem abusum nominis diuini certo diuinitus puniri testatur secundum præceptum, Exod: 20. Et noti sunt uerbi seculi:

*Ab miser & si quis primo periuria celat,  
Sera tamen tacitis pœna uenit pedibus.*

Noli



Noli obliuisci doctrinam patris tui.

V. Repetit quartum præceptum. Præcipua autem parentū cura esse debet, ut ueram de DEO doctrinam liberis una cum lacte nutricis instillent, sicut Ephesi 6. præcipitur. Educate liberos in doctrina & disciplina Domini. Iubet igitur doctrinam de DEO à parentibus traditam reuerenter amplecti, & uelut normam in omnibus uitæ consilijs et actionibus sequi. Ac obedienti promittit præmia. Sedebit inter Principes, id est, Deus collocabit te inter salutare gubernatores & iuuabit ac reget consilia & actiones tuas, ut tibi & Reipublica sint salutare, sicut Iosephum, Dauidem & alios prouexit. Inobedienti uero seu stulto contempti doctrinam à Patre acceptam tristissimas calamitates & exitium nuntiat.

Qui assuefacit se ad contumelias.

VI. De conuicijs, calumnijs & obreftationibus contumeliosis, cap. 28. multas sententias coaceruabit.

Secundò peccare nimium est.

VII. De Iusticia uniuersali uitante omnia delicta & obediēte Deo iuxta omnia ipsius mandata. Congruit cum dicto Esaiæ i. Desinite male agere & discite bene agere.

Qui

Qui æstuat libidine est uelut ignis ardens.

VIII. Reliqua tota pars capituli de uitandis libidinibus & colenda CASTITATE conuocatur, Quam uirtutem necessariam & expressam uoce Dei mandatam esse scimus. Hæc est enim uoluntas Dei, castitas nostra, ut abstineamus à scortatione, & ut unusquisque suum corpus uni coniugi castum & sanctum seruet. Ideo statim in Paradiso Deus coniugia distinxit à bestiarum commixtione uagæ. Et hac uoce: Erunt duo in carnem unam, id est, unus mas & una femina inseparabiliter iuncti, omnes uagæ libidines prohibuit, Et plurimis sententijs & exemplis omnium temporum iram suam aduersus scortationem & adulteria declarauit. Est enim Regula uniuersalis, Scortatores, & Adulteros iudicabit Deus. Et i. Corinth: 6. Nolite errare, Scortatores, adulteri, molles, Sodomitæ, non possidebunt regnum Dei. Et cernit DEVS omnia uindex. Hic tota doctrina de Castitate & octo causis cur casti pudoris decus singulari cura tuendum sit, ex sexti præcepti enarratione repetatur.

CAPVT XXIIII.

Sapien-

Sapientia predicat seipsam & in cœtu populi celebrat se, Concionatur in Ecclesia Dei, & in regno eius ebucinat se. Ego, inquit, sermo sum Domini, qui impendo instar nubium super totam terram. Meum tabernaculum est in excelsis, & mea sedes in nubibus. Ego sola ubiq; sum, quam late patet cœlum, & quam profunda est abyssus, undiquaq; in mari, undiq; super terram, inter omnes populos, inter omnes gentes, Apud omnes illos habitationem quæsiui, ut sedem alicubi inuenirem.

Hic præcipit mihi Creator omnium, & qui me creauit, habitationem mihi constituit. In Iacob, inquit, habitabis, & Israël erit hæreditas tua.

Ab initio ante orbem conditum creata sum, & in æternum manebo, & ante eum in tabernaculo inseruiui, & postea in Zion certum locum nacta sum, Et posuit me in ciuitatem sanctam, ut in Ierusalem regnarem, Rades meæ in populo glorioso, qui hæres

hæreditas Domini est. Succreui in sublime, sicut Cedrus Libani, & sicut Cyparissus in montanis Hermon, incrementum meum sicut palmæ posita in irriguo, sicut plantæ roseti prolata in Hiericho, sicut oliua generosa in medio campo, Subinde creui, ut Ebenus, odorem suauissimū dedi sicut Cinamomum, & aromata præciosissima, sicut Myrrha electa, sicut Galbanum, Onychium, aut Myrrha, sicut odor Thuris in Templo.

Extendo ramos meos in modum quercus, Ramī mei pulchri et amoeni. Fragrantia odoris optimi dedi, instar uitis, Et flores mei fructum proferebant honestum atq; uberrimum.

Venite ad me omnes qui concupiscitis me, saturamini ex fructibus meis. Meæ conciones sunt dulciores melle, & dona mea dulciora fauo mellis. Qui comedit me, magis esuriet sapientiam, & qui de me bibit, sitiet me. Qui obedierit mihi, non pudefiet, & qui me sequitur, innocens manebit.

O

Atq;

Atq; hæc quidem sapientia, atque hoc totum est liber fœderis facti cum Deo altissimo, nempe Lex sancta, quam Moyses commendauit domui Jacob, ut thesaurum, ex quo promanauit sapientia sicut fluuius Phison, cum euagatur latissimè, & sicut Tygris, cum inundat tempore uerno, Ex hoc fluxit intellectus sicut Euphrates, cum alueum superat, Et sicut Iordanis in messe. Ex hoc erupit disciplina, sicut è tenebris lux, & sicut Nilus in Autumno. Non uixit homo qui perdidicerit aut exhauserit, nec unquam nascetur, qui omnia in eo penitus perscrutatus sit. Sententiæ eius opulentissimæ & inexhaustæ, ut mare, & uerba eius altiora abyssò.

Ex me fluunt riuuli in hortos, sicut canalibus ducuntur aquæ, Ibi rigantur horti mei, & largiter bibunt prata mea, Ibi mei riuuli excrefcunt in torrentes, & flumina mea in lacus amplissimos, Nam mea doctrina tam late

te lu

te lucet, quam serenum mane, & radios spargit longissimè, Deinde & mea doctrina effundit prophetiam, quæ manet in æternum. Ibi uideris, quòd solum pro me non laboro, sed pro omnibus qui afficiuntur sapientia.

**S**plendidum & dulcissimum Encomium est **SAPIENTIÆ** seu **DOCTRINÆ** DEO in Ecclesia populi Israël, certis ac illustribus testimonijs patefactæ & propagatæ. Quæ est ipsa Dei Sapientia & uoluntas æterna, uerbo expressa & in Lege ac Euangelio reuelata: cum qua uult Deus nostras mentes, iudicia, consilia, uoluntates, mores, actiones & uitam totam congruere. Diserte autem indicat Syracides se de Sapientia reuelatæ, seu uerbo Dei, quod in Ecclesia prædicatur, & lucem ueræ agnitionis Dei & efficacem consolationem, iustitiam & uitam æternam in auditoribus accendit, concionari. Et dulcissimis figuris ac similitudinibus, florentem Ecclesiam & Ministerium uerbi diuini in populo Israël gloriosis testimonijs institutum & inde in omnes gentes propagatum, depingit.

Cedrus altissime arboris genus est, proceritate Abieti simile, folijs Cupressò, lignum odoratum leue & durabile habet, uerò per ætatem etiam libri

Et alie res illite à tineis & carie non leduntur, unde Prouerbitum est de carminibus immortalitate dignis, Digna Cedro.

Libanus montes altissimos & summis uerticibus niue perpetua candentes significat, qui Palestina à Phœnicia separant, & à Tyro ac Sidone uersus ortum spatio fere 50. mill. porrigitur à  $\text{לבן}$  candidus, Alpes.

Hermon pars Libani est uersus meridiem attingens tribum Nephtalim, & terram Basam à Coelosyria dirimens. Est et in tribu Isaschar mons Hermon ad cuius radices oppidum Naim, quod ab amœnitate & pulchritudine nomen habet, situm est.

Palme arboris descriptionem ex Plinij lib. 13. cap. 4. studiosi repetant. Ego duas uidi, sed steriles, alteram Romæ in monte Capitolino, prope domum conseruatorum, alteram ad Vincula Petri.

Cades oppidum est monti impositum in tribu Nephtalim. Alia Cades est in deserto Zin, nõ procul ab urbe Hebron uersus meridiem, cuius in historia itineris Israëliitarum per desertum crebrius mentio fit. Num. 13. 14. 16. 20. 21.

Rose in Hiericho, ad nos quoq; in Germaniam adferuntur. Virgilius. Assyrium uulgo nascitur Anomum.

Vt Ebenus. In Græco est Platanus, cuius latera ramorum trabes & tabulata, instar Tiliarum nostrarum

nostrarum, umbræ causa præcipuè expetita sunt. Plinius lib. 12. cap. 1.

Ebenus, nigrum lignum est, quod nunc Guaiacum & lignum sanctum uocant, Virgilius. Sola India nigrum fert Ebenum. Herodotus uero, in  $\text{Ἰνδία}$ , etiam in Æthiopia sub Ægypto Ebenum nasci tradit.

Cinamomum, est cortex fruticis duorum cubitorum altitudine in Æthiopia nascentis,  $\text{Κανέλλο}$  Dioscorid. lib. 1. cap. 13.

Aromata, à  $\text{ἀρώμα}$  consorto, corroboro.

Myrrha electa, quæ Stacte aliàs nominatur, quod sua sponte ex arbore Myrrha non incisa, aut contusa, profluit, Est enim Myrrha, nomen arboris, & lachrymæ.

Galbanum, est liquor plantæ ferulacæ in monte Amiano nascentis, Dioscorid. lib. 3. cap. 79.

Onychium,  $\text{ὄνυξ}$  seu unguis odoratus, est crusta conchylij Indici, spirans odorem Nardi, à similitudine unguis humani sic appellata.

Thus est nomen arboris & distillantis ex ea lachrymæ candidæ, quæ incensa liquecit & odorem fragrantem spargit.

Confert autem Sapientiam seu doctrinam uerbi diuini odore, quia bene fragrantem de DEO famam late spargit, & alicui ad ueri Dei agnitionem & celebrationem inuitat. Ac ut florentis uitæ aut rose odor mirifice nos recreat &

delectat, 2. Corinth. 2. Odorem notitie sue spargit per nos in omni loco. Nam Christi bonus odor sumus &c.

Iohan. 15. Ego sum uitis, uos palmites.

Venite ad me. Matth. 21. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Esai. 55. Iohan. 4. Omnes sitientes uenite ad aquas & qui non habetis argentum prope rate emite & comedite.

Phison. Vbertatem & copiam doctrine aliarumq; Sapientie utilitatum amplissimam & inexhaustam illustrat collatione quatuor amplissimorum fluiorum Paradisi & Iordanis in Messie exundantis.

Phison, Indię fluium Gangen, Ἰουδοπαρῶν esse scribunt.

Iordanis in Messie. Ios. 3. De Nili exundatione relegant studiosi primas paginas in Euterpe Herodoti.

## CAPVT XXV.

**T**Ria sunt longè pulcherrima, quæ Deo & hominibus ualde placent. Concordia fratrum, Amor matris

tuis inter uicinos. Maritus & uxor, quibus bene conuenit.

Tria sunt quæ edi ex animo, & omnium mihi molestissima sunt. Quando pauper est superbus. Diues, qui libenter mendacia loquitur. Et decrepitus senex inuentus in adulterio.

Si ætate florenti non congregas, In senectute quid inuenies.

O quam iucunda res est, quando caritatis coniunctam habet sapientiam, senectus prudentiam, & cum Principes ac Magistratus intelligentes sunt & prudentes.

Corona senum est esse multa expertos, & gloria eorum, quando timeant Deum.

Novem res sunt, quæ in corde meo ualde laudanda duco, & decimum ore meo prædicabo. Virum cui datur lætari in liberis suis, Qui tam diu superstes est, ut uideat interitum inimicorum suorum, Beatus qui habet uxorem prudentem, Qui sermone suo

non damnum dat, Qui non cogitur  
seruire indignis. Beatus qui habet a-  
micum fidum. Beatus, qui prudens  
est. Qui docet apud eos, qui libenter  
attendunt & audiunt. O quam ma-  
gnus uir est, uir sapiens. Qui autem ti-  
met Deum, hunc nemo superat. Nam  
timor Dei excellit res omnes. Qui  
tenaciter huic adhæret, quem huic  
conferes.

Nihil est acerbius dolore cordis  
seu animi. Non astutia, supra astutiam  
mulierum. Non sunt insidiæ, super insi-  
didas inuidi. Non est cupiditas uindic-  
tæ, supra cupiditatem inimicorum.  
Non est caput ullum astutius capite  
serpentis. Non est ira tam acerba, quæ  
est ira mulieris. Mallet Leoni & Dra-  
coni cohabitare, quam mulieri irritas-  
tæ. Cum excandescit, mutat uultus sus-  
os & nigrior fit quouis sacco. Maris-  
tum eius pudet illius, & cum expro-  
bratur sibi, dolet animo eius. Omnis  
malicia leuior malicia mulieris inui-  
dæ. Eueniat ei, quod euenit impijs.

Mu

Mulier loquax marito modesto  
perinde est, atque uia arenosa fursum  
tendens seni decrepito. Vide ne decipiaris  
quod formosa est, neque concu-  
piscas eam.

Quando dotata mulier dicit uir-  
rum, nihil ibi est quam rixæ, contem-  
ptus & ingens contumelia, Mulier  
mala tristitia est cordis & uultus, &  
uehementissimus dolor animi.

Mulier que non lætificat maritum,  
tædium conciliat rerum aliarum om-  
nium.

Peccatum à muliere ortum est, &  
propter ipsam omnes sumus morti  
obnoxij.

Sicut inundationi subitæ non per-  
mittenda est uia: Ita non indulgen-  
dum est uoluntati mulieris. Si non se-  
quitur ductum tuum, da illi libellum  
repudij.

## CAPVT XXVL

**B**ene huic, qui habet uxorem honestam, Hic eō magis longœuus erit.

• Mulier œconomia, est læticia mariti, & parat ei uitam tranquillam.

Mulier pudica est preciosum domum, & datur huic, qui Deum timet, Siue diues sit, siue pauper, consolatio est illi, & exhilarat omni tempore eum.

Tria sunt horribilia, & quartum est abominatio, Proditio, seditio, effusio innocentis sanguinis, quæ omnia sunt tristiora morte. Verum hæc primum cordis afflictio ingens est, quando mulier contra mulierem zelotypa est, & traducit eam apud quosuis.

Quando quis habet uxorem immoderantem, perinde est atq; par bouum dispare robore, qui coniugari debent. Qui nanciscitur eam, nanciscitur Scorpionem.

Mulier ebria ingens calamitas est, Nam pudenda sua tegere non potest.

Mulier

Mulierem impudicam produunt gestus & oculi.

Si filia tua parum uerecunda est, preme eam imperio, ne nimum libera indulgeat cupiditatibus suis.

Si animaduuerteris quod circumspicit petulanter, attentus obserua eam. Sin autem id neglexeris, & ipsa interim peccarit contra te, noli mirari. Nam sicut uiator in æstu sitiens, anhelat, & bibit aquam unde uis obuiam, & in quouis ligno quiescere captat: Ita & illa quicquid offertur, accipit.

Mulier comis exhilarat maritum, & cum humaniter eum tractat, recreat cor illius.

Mulier, quæ tacere potest, est domum Dei, & mulier bene educata, omne precium superat.

Nihil amabilius super terram quam mulier honesta, & nihil preciosius quam mulier pudica.

Sicut sol cum exortus est, & subuectus est in altitudinem cœli, ornamentis

mentum est à Domino mirificum ;  
Sic mulier honesta , lumen ornatuſq;  
mirus est totius domus.

Mulier formosa , quæ pudoris sui  
custos est , sicut lampas est splendida  
in candelabro sancto.

Mulier quæ animo est constanti,  
est sicut columna aurea in basi argen-  
tea.

CAPVT XXV. QVINQVE  
partes habet.

**P**RI MA est Laudatio CONCORDIÆ,  
inter fratres, vicinos, & coniuges. De qua  
studiosi uetus dictum meminerint quod Plato ex  
ueteri Poëmate citat. ου χρυσός ἐσθλαός, ὅτι  
ἄδამας οὕτως ἀσθένεια πρὸς ὄψιν, ὡς ἀγα-  
θῶν ἀνδρῶν δημοφράδμων νόσος. Non aurum  
splendidum neque adamas ita fulgurat in oculis,  
sicut bonorum uirorum mentes consentientes.  
Et Homerus Odyſſea. 3.

Οὐ μὲν γὰρ τοῦ γε κρείσσον καὶ ἄριστον,  
ἢ ὅθ' ὁμοφρονέοντε νοήμασιν ὀϊκὸν ἔχοντορ  
Αὐτὴρ ἠδὲ γυνή: πολλὰ ἔλγεα δυσμυθέεσσι  
Χαίρματα δ' ἔμυλλέτησι.

Est nihil in toto melius uel dulcius orbe,

Vna

Vnanimis quàm cum studijs concordibus una  
Fœmina uirq; domo uiuunt, mala maxima, lites,  
Gaudia sed rursus concordia maxima prestat.

SECVNDA, Trium uiciorum reprehensionem continet. I. Cum Modestia & Humilitate pugnantis Superbiæ, quæ cum in omnibus ceteris uite ordinibus, tum uero præcipuè in pauperibus molestissima, & uere ut in germanico proverbio dicitur Diaboli anitergium est. II. Mendacij, quod tum in omnibus hominibus ad ueritatem conditis, tum in principibus præcipuè & diuitibus maxime perspicuum & turpissimum uicium est. III. Lasciuie senilis, de qua celeberrima est uersus γέρον ἐπάσσης, ἐσχάτη δὲ ὑσυχία, Senex amator extrema est miseria.

TERTIA, De Senili prudentia meminerint iuniores, Homeri uersiculos. Iliados. γ.  
Ἄϊα ὀπλοτέρων ἀνδρῶν φρένας ἠδρεθον ᾗ  
δὶε δὲ γέρον μετέπει, ἅμα πρὸς ὧσ' ὀπίσσω  
λευσὴ ὅπως ἔχ' ἄριστα μετ' ἀμφοτέρωσι χλύκῃ  
Pendula mens iuuenū nunc huc nūc pellitur illuc,  
Ante simulq; retro, senex uidet omnia caute.

Explorās in utramq; docet factu optima partem.

Euripides. τὸ τῷ ποδὸς μὲν βραδύ: τὸ δὲ  
τῷ νοῦ ταχύ. Non omnia segnior atas Quæ su-  
gatus habet: seris uenit usus ab annis.

Si



Si ætate florenti non congregas.

καλλιστον ἐφοδίου τῶν γῆρῶν πικροτάτου, ἔφη  
 Ἀριστοτέλης, Pulcherrimum & optimum uitiati-  
 cum Senectutis est Eruditio.

QUARTO, Collatione nouem bonorum,  
 quæ in communi uita iudicantur præcipuè esse,  
 docet, summum hominis bonum esse TIMO-  
 REM DEI seu PIETATEM ueram, quæ  
 promissiones habet præsentis & future uitæ.

QUINTO, MALÆ MULIERIS  
 uituperationem instituit: quæ uidelicet κακοή-  
 δης, Rixosa, Garrula, Superba, Morosa, Zeloty-  
 πα, Immorigera, Ebria, uel Impudica est.

Scimus autem, non sexum muliebrem, uel  
 coniugium ipsum, sed uicia tantum, quæ in utros  
 & mulieres, nuptas & cælibes, pariter cadunt, à  
 Syracuse hoc loco culpari.

Nam DEVS ipse sapientissimo consilio &  
 miranda bonitate genus humanum ita condidit,  
 ut duo sexus, mas & femina, pariter in Deo co-  
 pulati, & similes imagines ac templa Dei, hoc est,  
 simili agnitione Dei & Iusticia Deo placente or-  
 dimati, & pariter æternæ uitæ heredes essent. Et  
 in hac uita communi uoce ac omnibus uitæ officijs  
 Deum celebrarent & ueram Dei noticiam ex se  
 nascentibus traderent.

Ideoq;

Ideoq; duos tantum sexus marem et feminam,  
 & quidem feminam ex mare condidit DEVS,  
 ut mutius & ardens amor esset, quo uir naturam  
 cognatam, & simili agnitione Dei, Sapientia, &  
 Iustitia ornata, & uicissim mulier maritum com-  
 plecteretur, et hoc modo homines ardenti amore,  
 & certis legibus ac metis inter se consociati, Ec-  
 clesia Dei essent, in qua alij alijs ueram Dei noti-  
 tiam impertirent, & testimonia de Deo & uirtu-  
 tum omnium exempla ostenderent.

Præterea autem certis metis coniunctioni  
 maris & femine circumdedit & uagas libidines  
 horribiliter punit, quia uult intelligi à genere  
 humano uirtutem, quæ uocatur CASTITAS,  
 ut ipsum Deum agnoscamus esse mentem castam,  
 & attributione castitatis in omni cogitatione de  
 Deo, à Diabolis & hominibus pollutis discerna-  
 mus.

Quare propter Deum conditorem sexus fœ-  
 minæ, & autorem sanctissimi fœderis coniugum,  
 singuli, sexum muliebrem, non contumeliose de-  
 spicere & deformare, sed tanquam alteram ge-  
 neris humani partem, perinde ut nos ad imagi-  
 nem Dei & societatem æternæ Salutis conditam,  
 & sociam generationis ac opitulatricem in mul-  
 tis uitæ officijs, honore afficere & iuuare ac tueri  
 studeant. Et à Deo bonas coniuges, & fœlix ac  
 placidum coniugium sibi tribui petant. Et Deo in  
 Casti-

Castitate coniugali seruant & liberos procreant, eisq; tradant ueram Dei notitiam, ut agniti Dei propagetur & in terris conseruetur.

Hic ordo consociationis maris & foeminae & procreationis ac propagationis hominum miranda Dei Sapientia & bonitate institutus & sanctus est, Gen. 2. DIXIT Dominus, id est, sapientissimo consilio decreuit & sanciuit: & nobis hoc decretum patefecit, ac tradidit, quod uulratum & firmum & immotum esse. Non est bonum, Homine esse solum: Faciemus ei adiutorium simile ipsi. Gen. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei creauit illum: Mascululum & foeminam creauit eos. 1. Thess. 4. Haec est uoluntas Dei castitas uestra, ut abstineatis a fornicatione, & unusquisq; corpus suum uni coniugi castum & sanctum seruet. Et magnum bonum ac eximium Dei donum esse piam, castam, suauem, & industriam coniugem testatur Salomon, Proverb. 18. Qui uxorem inuenit, (id est, foeliciter ducti, der wol antriff) inuenit bonum, & hauriet uoluptatem a Domino. Et olim Athenis puer in nuptijs praecinebat, εφυγορ κακου, ευρορ αμεινον.

Haec BONA, quae Deus Sapiens & beneficus conditor generis humani, in Coniugio multiplicia & amplissima sparsit, attenta & graui mente consideremus: nec cogitatione incommo-

dorum

dorum & arumarum, quae comitantur coniugium, frangamur, ut minus reuerenter & pie de hoc genere uite Coniugali sentiamus. Quod Sapientissimo Dei consilio & uoluntate institutum & sanctum est: & seuerissimo Dei mandato omnibus hominibus, qui ad uitam caelibem non sunt idonei, praecipitur: & testimonia ac promissiones praesentiae, auxiliij & custodiae diuinae amplissimas habet: & aeternas uagis libidibus pollutorum pecnas effugit: & fons ac origo est totius generis humani, & Ecclesiae Dei ac Reipublicae seminarium, & totius uite praesidium ac uinculum & Schola pietatis, beneficentiae, Inuocationis, patientiae & multarum uirtutum. Nec ulli suauior & dulcior amicitia, & fides mutua, & dolorum ac curarum omnium leuamen & consolatio gratior est, quam inter coniuges honestos, quorum animi uera beneuolentia in DEO copulati sunt, Sicut dulcissime haec bona coniugij optimis uersibus exposuit Gregorius Nazianzenus.

Εἴθετε Ὁ βιότιοι μελίφρονος ἐοδλὸν ἔρασμα  
 Συζυγίη: διπλῆρ δὲ γάμος Ἐἰ ἀναλκίη ἔθηκε.  
 Ἀλλήλοιστε χεῖρες καὶ ὄνατα Ἐπὶ πόδες ἔσμεν.  
 Ἐνωαὶ Ἐμελεδῶναὶ ἐλαφρίζουσι τὴν ἀνίας. (στὴ  
 Ἐνωαὶ δ' εὐφροσῶναὶ γλυκδρώτεραι ἀμφοτέροισι  
 κληῖς δ' ἀμφοτέροισι Ἐροφροσῶνετε πόδωυτε  
 Συζυγίη, καὶ σφραγίς ἀναγκάως ἐιλότητῃ.)

P

Συμ-

Συμφύεες σάρκεσσι ὁμόφρονες, εὐσεβείης τε  
κέντρον ἢ ἀλλήλοισι πόθῳ δῆγοντες ὁμοίῳ  
ῥησὶ πλεοτέρῃ πλεον ἄμφαγα πῶσι.

Et simul est radix & fulcrum nobile uitæ  
Coniugium: præstat, si sis sine robore, uires.  
Sic sumus inter nos auresq; manusq; pedesq;  
Mutua sic duros emollit cura labores:  
Mutua sic gemina dulcedine gaudia crescunt.  
Quin desiderium concessio limite claudit  
Coniugium, castosq; æternum obsignat amores,  
Ut sunt carne simul iuncti, sic mente coherent,  
Inter seq; pijs miscet inccudina flammis:  
Et quia præsidij est rerumq; hic maior egestas,  
Fœmina uirq; Deo maiori pectore fidunt.

Præterea iam unum ex splendidissimis coniugij  
bonis & ornamentis, quod imago est mirandi scæ-  
deris & amoris mutui inter Christum & Eccle-  
siam de qua Paulus Eph. 5. & alibi concionatur.  
Hæc uera & diuina Coniugij bona opponamus  
miserijs & ærumnis Coniugij multiplicibus,  
morbis, inopie, contumacie natorum &c. & ui-  
tuperationibus coniugij & sexus muliebris, quæ à  
Poëtis, Philosophis & alijs prophanis spargun-  
tur, ut Hippocrates.

Δύ' ἡμέραι γυναικὸς ἠδ' ἵσα βίου  
ὄταρ γαμῆ ἕξ κἀκφέρῃ τεθνυκίαιρ.  
Dux dies cum fœmina dulcissime,

Cum

Cum ducatur, siq; effertur mortua. Item.  
τὸ πῦρ, βάλαντα ἡδὲ γυνῆ κακῶν χέρειρ χεῖ-  
ρισσι.

Unus argumenti declamationes apud Euripi-  
dem in Hippolyto & alijs Tragedijs passim ex-  
tant.

Sed Syracides prudenter & pie bonas Multe-  
res à malis discernit, ut moncat, non Sexum à Deo  
conditum, sed uicia & turpitudines à uoluntati-  
bus mulierum uel uirorum ortas, reprehendi de-  
bere.

Non est astutia super astutiam mu-  
lierum.

Euripides in Medea.  
Γυναικὸς ἐπὶ μὲν ἔσθ' ἀμηχανατάτου  
κακῶρ δὲ πάντων τίκτονες σοφώταται.  
Bonis in aeliombus stultissima  
Mulier, sed in malis est astutissima.

In Andromache.  
Πολλὰς ὄρ' εὐροῖς ἀμηχανὰς, γυνῆ γούρ' ἔι.  
Multos dolos excogites, Nam fœmina es.

Mallen Leoni & Draconi coha-  
bitare quam malæ mulieri.

Seneca. Est aliud hydræ peius & iratae dolor  
Nuptæ.

Quâdo dotata mulier dicit uirum,

Propositio particularis est. Sæpe enim coniu-

ges ex honestis familijs natae & locupletes, multo modestiores & obsequentiores sunt, quam pauperes uel ancille ad matrimonij honorem euectae. Monet autem Syracides, In deligenda coniuge potiore morum quam dotis rationem habendam esse, ut ille inquit, Dummodo morata bene sit, dotata est satis.

Mulier mala conciliat tædium rerum omnium.

Aristoteles in Rhet: Quibus coniugium infelix contingit, hi fere plus quam dimidia parte beatitudinis suae priuati sunt.

Da illi libellum Repudiij.

Deut. 24. Matth. 19.

Bene huic qui habet uxorem honestam.

Sequitur speculum bonae Matrisfamilias. Nam ut in ueteri uersu dicitur, ταμειου ἀρετης ὄσι θυραία γυνή.

Virtutis est penu generosa foemina, in qua lucent uera pudicitia, amor mariti sincerus, suauis & ardens, industria & sedulitas in re familiari tuenda, & omnibus laboribus Oeconomicis, parsimonia & frugalitas, diligentia in educanda sobole, comitas, & obedientia erga maritum, Sobrietas, Taciturnitas, assiduitas domestica uitans expatiationes &c.

Talium

Talium matronarum exempla illustria, & omnia fere quae ad sexus muliebris defensionem & laudes pertinent collegit Iohannes Frederus in Germanico libello de laudibus & innocentia mulierum cui Lutherus Epistolam sui iudicij testimonium praefixit.

Adiungatur autem huic Syracide concioni & Salomonis carmen de uirtutibus honestae matrisfamilias. Prouerb. 31. Et hoc Pauli dictum, Saluabitur mulier per filiorum generationem, si manserint in fide, dilectione, castitate et modestia. Talis Materfamilias, uere est, ut in textu dicitur, preciosum Dei donum, & exultat maritum omni tempore.

Euripides.

Συμμαρτυρήσεις ὡς ἀμεμπτοῦ ἥρ' ἡ γυνή  
 εἶσ' Ἀφροδίτῳ σωφρονῶσιν, ἡ δὲ τὸ σὸν  
 μέλαθρον ἀύξισσα ὡς τ' εἰσόντα σε  
 χαίρειν εὐρέξει δ' ἑλίοντα εὐδαίμωνον.  
 γλώσσης τε σιγῆν ἄμμαν ἥσυχον πῶσα  
 παρέχει, ἡ δ' αἶμα δ' με καὶ νυκτὶ πῶσι  
 καί τ' ἄν τε νύκτω ὡρ ἐργῶν πείνειν.

Zelotypa. Ut Medea Creusam pellicem & proprios liberos ex Iasone susceptos interficit.

Mulier ebria. Ut castitatis nutricula est Temperantia, sic uicissim impudicitiae & libidinum fomes est ebrietas, sicut dicitur: Et Venus in uinis, ignis in igne furit.

Mulier comis, Quae in alloquendo marito,

in respondendo, & tota consuetudine uitæ, beneuolentiam suam erga maritum quadam suauitate declarat.

Mulier quæ tacere potest.

*Euripides.* Γυναικὶ ὕψιστος τε ἔτι τὸ σιωπῶν ἔσθ' ἐκείνου, εἰς ὃ δὲ ἡσυχίαν μάλιστα δέχεται.

Est formine summum decus modestia,  
Silentiumq; & edibus non egredi.

Sicut Sol cum exortus est.

Pulcherrima & aptissima similitudo qua Dauid etiam utitur cum Matrem familias nominat speciem domus. Et ideam formosissimæ & omni laude matronali decorate pingit Lucianus in libro, cui titulus est, Εὐκόβης.

Lampas in candelabro aureo,

Exod. 30.

## CAPVT XXVII.

**D**VO sunt mihi molesta, & tertium ad iram prouocat me. Quando bellator bene meritus, tandem inopiam patitur. Et sapientes consiliarij tandem contemnantur. Et qui à uera fide

fide defecit, ad fidem & cultum falsum, hunc Deus condemnauit ad gladium.

Mercator difficulter abstinet ab iniuria aliorum, infitiores ægrè à peccatis. Nam propter opes multi iniuriam faciunt, & qui ditescere student, auerunt oculos. Sicut clauus in muro defixus hæret inter duos lapides: ita tenaciter defixum peccatum hæret inter emptorem & uenditorem, Nisi magno studio ad timorem Domini conuertat se, domus eius celeriter uastabitur.

Inter cribrandum manet furfur & paleæ in cribro: ita in coeptis hominum subinde aliquid iniquitati adhærescit.

Sicut fornax examinat ollas nouas: ita afflictio examinat hominis animum.

Ex fructibus deprehenditur educatio arboris: Ita sermo est indicium mentis & animi.

Neminem laudabis, priusquam audieris eum. Nam ex sermone agnoscitur uir.

Si iusticiam sectatus fueris, nancisceris eam, & indues eam ut uestem insignem.

Volucres associant se sui similibus: ita ueritas adiungit se his qui obediunt illi.

Vt Leo expectat prædam: ita peccatum tandem insidiosè arripit male operantem.

Timens Deum semper loquitur salutaria, At stultus mutabilior est Luna.

Cum inter fatuos uersaris, observa quid patiatur tempus. Sed inter sapientes potes tutò pergere.

Sermo stultorum est supra modum molestus, Et risus eorum peccatum meum est, quo tamen ipsi sese titillant.

Sermo multum iurantium horribi lationem capiti adfert, & rixæ eorum faciunt, ut obturentur aures.

Quans

Quando superbi contendunt, sequitur effusio sanguinis, & molestissimum est audire, ubi certatur conuictijs.

Qui detegit secreta, iacturam facit fidei, & nunquam fidum amicum nanciscetur.

Magnifacito amicum tuum, & serua illi fidem. Sin autem secreta eius reuelaris, non recuperabis eum.

Qui amittit amicum suum, non minus patitur damni, quàm si è manibus elabatur inimicus. Perinde atque si uolucrem amittat auceps: ita fit cum amittis amicum, non rursus capies eum, non est ut insequaris eum, nimium longè, auolauit, euasit ut caprea è laqueis. Vulnere sanari possunt, conuicia item sedari. Qui autem prodit secreta, de illo scilicet actum est.

Qui oculis innuit, aliquid mali uersat in animo, neq; facile ab eo auerti se patietur. Coram te blande loquitur, & omnibus sermonibus applaudit

P 5 dit

dit, uerum te absente loquitur aliter, inuertit tibi uerba tua. Nihil odi uerementius quam hoc sic uersutum, nam Dominus etiam tales odit.

**P**rima Sententia est, Querela de Ingratitudine erga bene meritos Duces & consiliarios. Ut Iustinianus Imperator Belisarium Ducem optime meritum, tandem dignitate et opibus spoliasse scribitur. Et in aula usitatissimum est, ut Consiliarij senes & sapientes, quorum opera parentes usi sunt, à filijs & successoribus negligantur, ut Roboam spretis senum consilijs, per oratores novos stultos adolescentulos Rempublicam perdit. Et alioquin aulici amici similes sunt calceis, qui dum noui sunt, amantur: ueteres & detriti abijciuntur.

Præcipuè autem IDOLOLATRIAM, à uerò Deo & Fide uerbi à Deo traditi deficientem, ad falsos & impios cultus humana temeritate electos, condemnat. Quam impietatem passim Prophetæ taxant, ut Ieremias cap. 2. Osee 1. & alibi. Pertinet ad primum præceptum, Non habebis Deos alienos coram me.

Mercator difficulter abstinet ab iniuria,

II. Iniustitiam & fraudes in contractibus notat, prohibitas expressa uoce Dei. 1. Thes. 4. Hæc est uoluntas Dei, e quis decipiat & defraudet in negotiando fratrem suum, Quia uinacx est Dominus de his omnibus. Sunt autem CONTRACTVS tres honeste & diuinitus ordinatæ, ut uita hominum legitima rerum communicatione computata sit & conseruetur, ac ut sint exercitia mutue Dilectionis, Iustitiæ, beneficentiæ & aliarum uirtutum. Imò etiam, ut de Dei æqualitate & iusticia nos commonesciant. Non igitur ipsas emptiones & uenditiones, quæ sunt legitime ordinationes Dei ad tuendam hominum uitam necessarias, sed imposturas & fraudes contrahentium & iniusta aucupia pecuniæ per fas & nefas cumulandæ reprehendit de quibus & Paulus. 1. Timo. 6. prolixè concionatur. Pertinet ad VII. præceptum Decalogi.

Sicut fornax examinat ollas nouas, ita, &c.

III. De Cruce & calamitatibus ac ærumnis, quibus propter fidem, inuocationem, patientiam, spem, constantiam & ceteras uirtutes Deus explet & confirmat.

Selicet ut solum spectatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est experienda fides.

Ex fructibus deprehenditur edus  
catio arboris.

III.. Docet orationem esse Characterem ani-  
mi. δι λόγοι ἢ ἠθῶν ἢ ἑσπερ, οἱ οὖν εἰκῶνες εἰσι,  
Iscrates. λόγος ἀληθῆς καὶ νόμιμος καὶ δίκαιος  
καὶ ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστῆς εἰδωλὸν ὄντι

Si iustitiam sectatus fueris nancis-  
ceris eam.

V. Adhortatur ad colendam iustitiam & stu-  
dium ac amorem ueræ pietatis & sapientiæ salu-  
taris. Cui opposita est impietas & inconstanti  
stultitiæ & superbæ, de qua aliquoties diximus.

Qui detegit secreta, iacturam facit  
fidei.

VI. Prohibet perfidiam seu futilitatem enun-  
ciantem arcana & simulationem beneuolentiæ,  
Virtus opposita est, FIDELITAS in Amici-  
ciæ, quæ ad V. & VIII. præceptum referri po-  
test.

## CAPVT XXVIII.

Qui proiicit lapidem in altum,  
huic recidit in caput. Qui claus-  
culum

culum pungit, hic fauciat se ipsum.  
Qui foueam fodit, ipse cadit in illam.  
Qui alteri insidiatur, hic illaqueat se-  
ipsum. Qui damnum inferre uult a-  
lijs, hic sepe ipse plectitur, nesciens una  
de hoc eueniat.

Superbi exagitant & derident ali-  
os, sed ultio expectat eos ut Leo.

Qui lætantur afflictionibus bono-  
rum. In laqueo capientur, dolor animi  
excedet eos antequam moriantur.

Ira & feruicia sunt abominatio cor-  
râ Domino, impius utriusq; reus est.

Qui se ulciscitur, in illo ulciscitur  
se Dominus, & peccata quoq; eius re-  
tinebit illi.

Dimitte proximo tuo quod in te  
peccauit, & roga eum, & uicissim re-  
mittentur tibi peccata tua.

Inuenias hominem qui erga alium  
iram & odium gerit, & Domini im-  
plorat gratiam, immisericors est erga  
proximum suum, & pro peccatis suis  
uult preces fundere, Ipse caro & san-  
guis



guis tantum est, & tam tenaciter iram suam fouet. Quis ergo peccata ipsius remittit ei.

Cogita de fine, & remitte offensam, quæ mortem & interitum querit, & mane in mandatis. Cogita de præcepto Dei, & remitte minas erga proximum tuum, Cogita de lege & pacto Altissimi, & condona erratum. Desine à contentione, & peccata multa omittentur. Homo iracundus accendit rixas, & impius inextricabilia miscet inter amicos bonos, & irritat eos, qui pacem habebant.

Quando multa sunt ligna, ignis eo fit maior: Ita, cum homines sunt poscentes, eò grauius sæuit ira, Et cum diuites sunt, furit eò uehementius, Et quando contentio diu durat, tunc eò latius uagatur incendium.

Qui feruidus est nimium ad contentiones, accendit ignem, Et qui ad rixam præcipites sumi, effundunt sanguinem.

Insuffla

Insuffla in scintillam, & excitabitur ignis maximus. Expue in eandem, & extinguetur, Et utrunque procedere potest ex ore tuo.

Suffurones, & linguæ uirulentæ sunt maledictæ, quia apud multos turbant pacem.

Os obtreçatoris lingua uirulenta multos facit discordes, & agit eos de una terra in aliam, diruit urbes munitas, uastat Principatus. Os obtreçatoris eiecit domo matronas honestas, spoliatq; rebus omnibus, quas ingenti sudore pararunt. Qui paret obtreçatrici linguæ, irrequietus est, & nusquam manere potest in pace.

Flagellum in tergo uibices facit, sed uirulenta lingua conterit ossa & omnia.

Multi ceciderunt per aciem gladij sed non tam multi quam per linguas uirulentas.

Beatus qui custoditur ab ore uirtutis lento, qui ab eo non affligitur & eius iugum

iugum

Sufurriones, & linguæ uirulentæ sunt maledictæ, &c.

Secunda pars capituli de Obtrectationibus & Calumnijs quibus clanculum de absentibus falsa crimina & suspitiones feruntur & recte uel certe excusabiliter dicta & facta malitiose deprauantur; & hoc artificio alienatis & disunclis hominum animis, aliorum fame, uita & bonis insidia struuntur, ut Christus ipse, & pleriq; Prophetæ & Apostoli, & multi honesti uiri apud Ethnicos, Palamedes, Socrates, Themistocles, Miltiades &c. per calumniam oppressi & uel interfecti uel in exilium acti sunt. Et apud Platonem inquit Socrates.

Ἡ τῶν πολλῶν Διαβολὴ καὶ φθόνος πολυλοῦς δὴ ἄλλους καὶ ἀγαθοὺς ἀνδράς ἤρκε, οἱ μὲν δὲ ἄδικήσασιν· Οὐ δὲρ ἕ δ' ἐνὸς μὴ ἔμμοι σῆ.

Lingua uirulenta diruit urbes munitas, &c.

Vt Græci dicunt, Γλῶσσα ποῖ πορεύη; πόλις καταστρέψου(α καὶ) πάλιν ἀνορθώσου(α).  
Lingua quo uadis? Urbem euersura, & urbem seruatura.

Virtus opposita Obtrectationi est C A N D O R quæ ueritatem & iustitiam complectitur. Ac de obtrectationibus & calumnijs & uicinis mendac

mendaciorum speciebus plura in VIII. præcepti enarratione diximus.

## CAPVT XXIX.

Q Vi mutuat proximo suo, hic facit opus misericordæ, & qui opus habet, debet hoc præstare officium.

Mutua proximo tuo cum indiguerit. Et tu quocq; debitor redde tempore constituto. Serua promissum, neque agas dolo cum eo, & inuenies omni tempore qui subueniant tibi.

Pleriq; putant id se casu inuenisse, quod mutuo accipiunt, & offendunt eos qui ipsis mutantur, Osculatur manum mutuanti, & attemperans uerecunde uerba, submisit se gerit, ut pecuniam impetret proximi. Cum autem reddere debet, moram facit, & incipit conqueri, difficilia esse tempora & etiam si superat facultas, tamen uix dimidium reddit, & creditori dur

Q 2 cit sic

cit sic lucrum accelsisse. Sin autem nō est soluendo, illum mutuante[m] gnauiter defraudat, hic deinde suis numeris emit inimicum sibi, conuitia, execrationes & uerba contumeliosa pro pecunia scilicet dantur. Ideō plerique inuiti mutant alijs, non malo animo sed metuunt, ne facturam pecuniæ suæ faciant.

Sed tamen succurre proximo tuo in necessitate, & insuper superadde Eleemosynen hanc, ut diem illi des.

Subueni inopī, propter mandatum Dei, & in necessitate ne dimittas eum uacuum.

Libenter facito facturam pecuniæ tuæ, propter fratrem & proximum tuum, & ne defodias sub lapide, ubi tamen perit.

Congrega tibi thesaurum, secundum mandatum Altissimi, hic melior erit tibi quouis auro.

Eleemosynen tuam suo se pone loco, hoc liberabit te à calamitatibus. Et

pugna

pugnabit pro te contra inimicum tuum fortius quauis lancea aut scuto.

Vir bonus fide iubet pro proximo suo: At homo impudens, patitur fideiussorem excuti & luere.

Noli obliuisci beneficium fideiussoris nam seipsum obligauit pro te.

Impius fideiussorem suum damno afficit, & homo ingratus, redemptorem suum patitur plecti.

Fideiussio pro alijs, multos diuites evertit, sursum deorsumq[ue] uexauit, ut fluctus maris. Magnos homines egit in exilium, ut cogerentur errabundi uagari in terris alienis.

Impius si fiderusserit, & artificijs callidis conatur elabi, hic poenam non euadet.

Eripe proximum tuum quantum potes, & prospice tamen tibi, ne ipse damnum, patiaris.

Satis est ad hanc uitam, si quis habet aquam & panem, uestimentum & domū, quibus tegat necessitatē suam.

Q 3 Melior

Melior est uictus mediocri sub  
tecto proprio, cōsuto asseribus, quam  
splendida mensa inter alienos.

Contentus esto, siue multum habes  
as, siue parum. Nam turpissimum est  
de domo obambulare in domum, Et  
ubi quis peregrinus est, non audeat  
perire os suum, Cogitur ferre quos-  
uis, & etiam ingratos admittere ad  
cōmunia pocula, cogitur audire uer-  
ba amara. Hospes (inquiunt) uade,  
para mensam, ut tecum edam, quic-  
quid habes. Item, migra è domo mea,  
nactus sum hospitem honestiorem,  
cogor uti domo mea, nam frater me-  
us cohabitabit mihi. Hæc molestis-  
sima sunt uiro prudenti, quod propter  
diuersorium cogitur deuorare uerba  
eiuscemodi, & quod exprobrant ei  
omnes, qui mutuuum dant illi.

**A**D septimum præceptum pertinet: & de  
BENEFICENTIA, cuius pars est  
Mutuatio necessaria & fideiussio: & de ΑΥ-  
ΤΑΡΚΕΙΑ quæ necessario uictu & amictu  
conten-

contenta est, præcipit. Est autem Mutuatio, con-  
tractus, in quo pecunia uel alia res, numero, pon-  
dere uel mensura constans, gratis ad alium trans-  
fertur, non modo quo ad usum, sed etiam quo ad  
Dominium, illo tamen accipiente obligato ad red-  
dendum idem in genere seu æquiualens. Sedes ma-  
terie de rebus creditis est Lex Mutuum & se-  
quentes, ff. Si certum petatur conditione. Reci-  
tamus autem de utandis mutuacionibus & fi-  
deiusionibus temerarijs admonitionem supra cap.  
8. Sententia 8. Et de Beneficentia & Eleemosynis  
in VII. præcepto prolixius dicitur.

Mutuuum petens osculatur ma-  
num mutuantis, &c.

Hic uere suis nummis emit ini-  
micum sibi.

περὶ τὰ λαβῆν τίσσιν: ἀτὰρ συγέσσι λαβόντες.  
Dum poscunt, laudant: odio sectantur, adepti:

Eleemosynam tuam suo loco se-  
pone.

Idem præceptum extat in Moysè & 2. Cor. 9.  
Germani dicunt Patrisfamilias pecuniam in tres  
usus segregatam esse oportere. Ein Deerpfen-  
ning / Ein Ehipfenning / Ein Nothpfe-  
ning.

Satis ad hanc uitam si quis habet  
uictum & amictum.

Plutarchus. ἐι ἀρκόμεθα τοῖς ἀναγκαίοις  
πρὸς τὸν βίον, οὐκ ἀρὴν ἔχουσιν, ὡς  
μήτε χελιδόνες μήτε μύρμινες δεικνύονται,  
εἰ. Si contenti essemus necessarijs ad uitam, nul-  
li plane foeneratores essent: sicut nec hirundines  
nec formicæ foenerantur.

Horatius.

Crescentem sequitur cura pecuniam.  
Maiorūq; fames, multa petentibus  
Desunt multa, bene est cui Deus obtulit,  
Parca, quod satis est, manu.

Turpissimum est de domo obama-  
bulare in domum.

πλαγκτοσύνης οὐκ ἔστι κακώτερον ἄλλο κρον  
Exilio peius nil est mortalibus ægris. (τῶσιμ.

## CAPVT XXX.

**Q**ui diligit puerum suum, hic sub  
ferula tenet eum, ut postea gau-  
dium habeat ex illo.

Qui pædagogia in disciplina coers-  
cet puerum suum, hic lætabitur, neq;  
pudescet apud notos & amicos suos.

Si

Si quis recte educat puerum suum,  
hoc dolet inimicis, & magnum gau-  
dium adfert amicis. Cum moritur pa-  
ter eius, perinde est, atque si non esset  
mortuus. Nam sui similem post se re-  
linquit. Cum uiueret, in puero hoc ius-  
cunditatem habebat & gaudium, cum  
moriebatur, non erat quod cura tor-  
queretur. Nam post se reliquit munis-  
tionem aduersus inimicos suos, & qui  
uicissim amicis possit inferuire.

Qui indulgens est filio suo, deplo-  
rat uibices eius, & perterretur quoties  
illachrimat.

Puer qui non castigatur, postea fe-  
rocit, sicut equus indomitus:

Si delicate foues filium tuum, post-  
ea metuere cogaris eum. Lulita cum  
illo, & postea contristabit te.

Noli ludere cum filio tuo, ne post-  
ea cogaris tristari, & tandem dentibus  
infrendere.

Noli indulgenter tractare eum in  
ætate tenera, neq; excuses stulticiam

Q 5 eius.

eius. Inflexte ceruicem eius, cum est adolescens, & dorsum eius uerba, cum paruulus est, ne præfractus & inobediens fiat.

Educato filium tuum, neque sinas eum obrorpscere ocio, ne pudefias in ipso.

Melius est esse pauperem, & incolumi ac sano corpore, quam diuitem & ualudinarium. Sanum & uegetum esse preciosius est auro. Corpus sanum est preciosius quibusuis opibus. Nullæ opes conferri possunt ad corpus sanum. Neque ulla gaudia ad ueram læticiam cordis.

Tolerabilior est mors ipsa quam inualetudo & morbus perpetuus. Perinde enim est ut ferculum splendidum, quod palato ægroto proponitur, & sicut cibi, positi ad bustum sepulti. Et quid idolo profunt hostiæ? tamen neque edere potest neque odorari: Ita habet res etiam cum diuite, quem Deus morbis affligit, Aspicit quidem

quidem oculis & ingemiscit, & est sicut Eunuchus, qui apud puellam cubat, & suspiria trahit.

Noli contristari te ipsum, neque te ipsum excarnifica cogitationibus tuis. Cor enim lætum est uita hominis, & gaudium longæuitas est illi. Te ipsum etiam curato, & consolare cor tuum, & tristitiam longe repelle abs te. Tristitia & mœror animi occidit multos, & tamen nihil prodest.

Zelus & ira abbreviant uitam, & sollicitudo senescere facit ante tempus. Ei, qui animo est læto, omnes cibi bene sapiunt.

### TRES INSIGNES LOCOS

continet.

I. De recta EDUCATIONE liberorum, que est aduofactio ad pietatem erga Deum, & mores ac artes honestas, que fit per præcepta seu admonitiones, quotidiana exercitia, tempestiuas castigationes & Exempla. Sunt enim duo fines Educationis liberorum à Paulo propositi, Ephe: 6. *Εὐσεβεία καὶ Νουθεσία κυρίου.* *Εὐσεβεία* duas partes complectitur, *Gubernationem, morum honestam,*

stam, & Institutionem bonarum artium, quæ omnium in uita bonorum fontes sunt.

Nædelecta ueris lectionem & studium Doctrinæ de DEO libris sacris comprehense, & assiduam Institutionem & assuetudinem ad ueram Dei agnitionem, timorem Dei & fidem.

Ad hosce duos fines obtinendos, & amorem ac cultum uirtutis & doctrinæ animis puerorum insigendum, quatuor Media seu Instrumenta parentibus & præceptoribus necessaria sunt.

1. Præcepta & admonitiones fide & astutia.
2. Exercitia pietatis & laborum quædam. Nam pueri nihil agendo male agere discunt.
3. Castigationes cessantium seu delinquentium & uerbis & uerberibus tempestiuè adhibita.
4. Exempla uirtutum, quibus parentes & pedagagi, in omni uitæ consuetudine, pueris prædicant. Est enim iuxta Platonem, optima uerborum sermo, non tam docere & monere multa, quam ea, quæ doceas & moneas, ipse facere uidearis.

Per hæc quatuor media assuescitur tenera ætas ad ueram pietatem & uirtutis ac doctrinæ studium, & honeste ac liberaliter educari potest. Syracides uero, de tertio instrumento, uidelicet de Castigatione & disciplina liberorum seu uerborum præcipuè in hoc 30. capite concionatur, & indulgentiam parentum reprehendit, ductis argumentis ab Effectibus, ab Utile, & Inutile, Πολλὰ

ἢ πατέρων τὸ δίκαιον. Εὐλαβῆσαι τὸν μηδ' εὐλαβῆσαι αὐτὸν κατὰ τὴν ἰδίαν. Nam multis parentibus nimium, amare liberos in causa fuit, ut eos postea non amarent. ἢ ἑστὶν ἡ ἐξέλιξις τῆς φρονήσεως τῆς νεότητος.

Etiam autem crudelitissimi & auri, de pueris rebus & liberaliter instituendis libelli, Iacobi Sacerdotis, & Plutarchi πρὸς τοὺς πατέρας ἀγαγῆς, Quos famularum sibi necesse studiosi reddant. Passim etiam apud Platonem libro 1. 2. & 6. de Legibus, & τὸ πρῶτον α. β. γ. de honorum Cinium educatione splendidissime dissertatur.

Secunda pars capituli in met. Sanitatem corporis præstantius bonum & magis expectandum esse, quam diuitias & opes, sicut gradus bonorum in ueteri diticheo, quod Aristoteles aliquot in locis recitat, distributi sunt. καλλίστην τὸ δίκαιον ἔστιν ἡ ἀρετὴ, καὶ τὸ δεύτερον τὸ εὐκαταστατόν, καὶ τὸ τρίτον τὸ πλούσιον, καὶ τὸ τέταρτον τὸ ἐπιφανές. Pulcherrima res est iustitia: optima, ualens bona, sed nihil suauius est, quam si quis quod cupit assequitur.

TERTIA PARS infigne præceptum continet, πρὸς Ἐὐθυμίαν seu Tranquillitate animi tuenda, & Tristitia ac ægritudine animi lenienda. Opus est enim animo nos ualere, ut corpore possimus. Ita autem condidit DEVS naturam Hominis, ut letitia dilatante corda & amplectente ac fruente bono optato, uita iuue-

tur ac conseruetur. Tristitia uero & morore  
re constringente & adstringente corda languescit  
& extinguitur. Vult enim Homines, DEI  
uelut summi boni fruitionem precipue expete-  
re, & Deum complecti, & letantes uera Dei ag-  
nitione & in Deo propitio adquiescentes uiue-  
re & conseruari, ut in hodiernæ etiam Dominice  
Epistola Paulus iubet Gaudere in Domino semper  
& iterum dicit Gaudete. Est autem Gaudium  
Christianum, tranquillitas & letitia cordis in  
DEO nobis propitio propter Christum firma  
fide adquiescentis, & certo statuentis Deum sibi  
adesse, se à Deo diligi iuari & quæcunq; calami-  
tates & ærumnæ accidant, tamen certo æterna  
uita & gloria donatum iri. Sicut Paulus Rom. 8,  
inquit, Certo persuasus sum, quod nec mors, nec  
uita, nec ulla creatura separare nos possit ac dile-  
ctione Dei, qua nos propter Christum Iesum com-  
plectitur.

Pariunt autem letitiam & gaudium consci-  
entia, & mitigant ac tollunt dolorem & tristi-  
tiam in ærumnis corda excruciantem:

I. Fides amplectens certissimas Dei promissio-  
nes, quod propter filium nobis propitius sit, nobis  
adsit opitulator, mitiget ærumnas, & certo læta  
exitus & æterna bona daturus sit.

II. Bona conscientia seu MENS sciens se hono-  
sta, re-

sta, recta, Deo grata & cum uoluntate & Lege  
Dei congruentia consuluisse & fecisse: nec se-  
scientem & uolentem scelera Deo displicentia  
admisisse, de qua dicitur, οὐδέπ ὄντως εὐφροάνει  
ἡμῶν τίποτε, ἄς τὸ ξυγαδὸς κακῶν ἡμεῖς ἐλαπί-  
δῃς ἄγασθῶν. Nihil ita exhilarare nos solet, sicut  
conscientia pura & spes bonæ ex Deo pendentis.  
Item.

Conscia mens ut cuiq; sua est, ita concipit intra  
Pectora, pro merito, spemq; metumq; suo.

III. Consideratio duodecim utilitatum ama-  
plissimarum, quas ærumnæ & calamitates pijs &  
patientibus adferunt, Has in capitibus doctrinæ  
de PATIENTIA nuper exposui.

III. Inutilitas tristitiæ, & angorum, quibus  
nihil proficitur, non mutantur aut tolluntur, sed  
tantum duplicantur mala, & uigor animi ac cor-  
poris languescit & tota hominis uita, non modo  
insuaui, sed plane acerba redditur, & paulatim  
omnino extinguitur, ut hic inquit Syracides, Tri-  
stitia multos occidit, & utilitas, non est in ea.  
Quam sententiam, ut in conspectu asidue habea-  
ret Lutherus, initio suorum certaminum, diffici-  
limas aduersationes & pericula sustinens, gran-  
diusculis literis supra mansum descripsit; ut assi-  
due illi ob oculos uersaretur.



V. Dulcissime & sepiſſime repetita mandata Dei, quæ ſeueriſſime iubent nos firmi & leta fiducia in Deo adqueſcere & gloriari. Pſalm. 4. *Dediſti letitiam in corde meo.*

Pſal: 96. *Letamini iuſti in Domino, Lux orta eſt iuſto & rectis corde letitia.*

Pſal: 99. *Seruite Domino in letitia.*

Pſal: 32. *Exultate iuſti in Domino. In Domino letabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperabimus.*

Eſa: 61. *Gaudens gaudebo in Domino & exultabit anima mea in Deo meo, Quia induit me uestimento ſalutis &c.*

Eccleſ: 9. *Vade & comede in letitia panem tuum, & bibe cum gaudio uinum tuum, quia Deo placent opera tua. Letare cum uxore quam diligis cunctis diebus uite tue, &c.* Deniq; pleni ſunt Pſalmi & Prophetæ talibus dictis, quæ pies letari, & in Deo adqueſcere & gloriari iubent.

Discernenda eſt hæc Sanctorum letitia, ex certiffimis Dei promiſſionibus & conſolationibus diuinis orta, à falſis gaudijs Impiorum, quæ à fluxis & caducis huius uite bonis, affluente pecunia, uoluptatibus, gloria, honoribus &c. excitantur, de quibus mundanis gaudijs uere inquit Dei phobus.

*Namq; ut ſupremam falſa inter gaudia noctem, Egerimus noſti.*

CAPVT

## CAPVT XXXI.

**P**eruiſigare ut dixeris, conſumit corpus, & de re familiari eſſe ſollicitum, interrumpit ſomnum. Cum quis lecto decumbens, ſollicitus ſe torquet, ſubinde euigilat, perinde ac in morbis moleſtia eſt inſomnia.

Hic eſt diues ſatis, qui laborat & congregat nummos, & tandem deſinit & partis utitur. Ille autem eſt uere inops, qui laborat, & non benedicitur, & ut maxime geſinat, tamen mendicus eſt.

Qui amat pecuniam, non erit ſine peccato, & qui quærit caduca, ipſe quoque interibit.

Multi propter pecuniam grauibus implicantur caſibus ac periculis, & uidentes, prudenteſq; pereunt.

Qui ſacrificat ei, illos euertit, & incautos captiuat.

Beatus ille diues, qui irreprehenſibilis inuenitur, & pecuniam non quæ-

R rit,

rit. Vbi nam est ille, & laudabimus eum? Magna enim gerit in populo suo. Qui in hoc probatus, & rectus inuenitur, hic merito laudatur, qui potuit malum operari, & non fecit, damnum inferre, & non intulit, ideo durant opes eius & sancti Eleemosynam eius laudabunt.

Cum sedes ad mensam diuitis, ne dilata guttur tuum, ne cogita, hic ingens copia suppetit, ut helluemur, sed cogita, quod oculus insidiator, inuidus est. (Nam non est maior inuidia, quam in eiusmodi oculo) & lacrimas, cum attingere te uidet.

Noli ita attingere omnia, quæ appositæ uideris, nec id accipe, quod ante eum iacet in patina. Ex te ipso fac coniecturam, quid inuitus aut uolens ferat proximus tuus, & modestum te præbe in omnibus.

De his quæ apponuntur ede ut homo, ne uorax sis instar beluæ, ne merito in odium uenias.

Reue-

Reuerentiæ causa primus desine, & ne sis uorax helluo, ne amittas gratiam apud homines.

Cum confederis inter multos, ne primus attinge in patinam.

Homo moderatus, paucis contentus est, ideo & in grabato ægritudinis non gemet anhelus. Et cum stomachus non est oneratus, somnus est dulcior, Et eo facilius mane surgere potest, ut sobrius & apud se sit. At inexasurabili helluioni etiam somnus difficilis est, & cruditate ac torminibus excrucietur uentris.

Cum edendo excessisti modum, surge & abi, & ad quietem te compone.

**P**rima pars AVARITIAM pecunie & opibus sollicito animo inhiantem prohibet. Quam supra etiam capite XIII. utuperauit. Et Christus, Matth: 6. & Luca 12. & 1. Timoth: 6. longis concionibus taxat. Monet autem opes iuste partas esse durabiles: & has ad usus pios & Deo placentes, præcipue uero ad homines pios & sanctos eleemosynis uiuandos conferi debere.

Οὐδέ τις δ' ἐπ' ἄπυσε ταχέως, δίκου ὄψιν.  
*Qui iustus est, opes cito non congeret.*

Cum sedes ad mensam diuitis.

*Reliqua pars capituli de Sobrietate & Absinentia ac Modestia in conuictu hominum et mensis declaranda præcipit. Recitata est autem summa doctrina de TEMPERANTIA in cibo & potu, & de causis, quæ nos ad eam colendam impellere debent, in enarratione VI. præcepti.*

*Peculiariter autem in hoc capite monet Syracides fugiendos esse inuidios, quorum uoluntas nec est benefica, etiamsi ostentatione hospitalitatis & conuiuiorum apparatu laudem captant. Præcipue uero Voracitatem agrestem prohibet, quæ & perse odiosa est, & conuiuiarum animos alienat, & ualetudini ac somno plurimum nocet, ut in præceptis de tuenda sanitate dicitur:*

*Ex longa cæna stomacho fit maxima pœna,  
 Ut sis mane leuis, sit tibi cæna breuis.*

*Pleraq; autem præcepta Modestie & ciuilitatis morum in mensa, quæ Syracides hoc loco tradit, uenustis uersibus complexus est Ouidius:*

*Carpe cibos digitis est quidam gestus edendi  
 Ora nec immunda tota perunge manu.  
 Nèue diu præsume dapes, sed desine, citra  
 Et capias paulo, quam cupis esse, minus.*

CAPVT

## CAPVT XXXII.

**F**lli mi, audi me, & noli me contem-  
 nere, ne tandem uerba mea te tan-  
 gunt. Incumbe alicui exercitio & la-  
 boratum nõ incidet in ægritudinem.

*Virum beneficum & hospitalem laudant homines, dicuntq; eum esse uirum honestum (quæ quidem eximia laus est.) At uirum parcum & sordidum tota ciuitas uituperat, & recte quidem.*

*Ne sis potator uini. Nam uinum multos homines perdit.*

*Fornax probat omnis generis ferarum: Ita uinum animos feroces prodat, cum inebriantur.*

*Vinum recreat hominis uitam, si moderate utaris. Et quæ hæc est uita, ubi decit uinum? Vinum creatum est ad exhilarandos homines. Vini moderatus usus, reficit corpus & animam. Ac si nimio te ingurgites, afferet dolorem acerbissimum.*

R 3 Ebrietas

Ebrietas reddit insanum, & fatuum adhuc infanriorem, ut insultet, ferociat, tumultuetur, donec colaphos auferat, uerba & uulnera.

Noli proximo tuo conuitiari inter pocula, & non contumeliose tracta eum in laticia eius. Nec proscinde eum conuicijs, neque asperis sermonibus occurre illi. Accommoda te moribus eorum quibus asides, attempera te eis, & honeste sedebis. Numeram quæ debes, si una uis sedere, ut una tecum lætari possint, tuq; laudem hanc auferas, ut uir moderatus, comis & affabilis appelleris.

Senior loquatur, nam ipsum id decet ut peritum rerum. Noli turbare symphoniacos, & quando carmina canuntur, noli loquaciter obstrepere. Differ sapientes illos sermones tuos in aliud tempus. Nam sicut Carbunculus fulget in auro optimo; ita Musica ornat conuiuium. Sicut Smaragdus in auro fabrefacto; ita carmina ornant symposion.

Adolef.

Adolescenti etiam licet loqui, semel aut iterum, cum opus est. Et cum interrogatus fuerit, breuiter loquatur, Sic se gerens, ut agnoscat se imperitum esse, qui tacere malit. Non parem se existimet Dominis, Et seniori loquenti non interrumpat sermonem.

Tonitrua coniunctas habent concuscationes, uerecundia coniunctum habet magnum fauorem.

A mensa surge etiam in tempore, & non sis ultimus, sed festinans, uade domum & lude ibi, & facito quod libet, ita tamen, ut nihil patres mali, neque tumultueris. Sed age gratias pro omnibus creatori tuo, qui te condidit, & opibus suis saturauit.

**C**oheret cum præceptis de TEMPERANTIA & CIVILITATE morum seu MODESTIA in conuiujs declaranda, quæ præcedente capite inchoauit. Primum autem de exercitatione corporis monet: *Quæ & ad τὰ σωματικά*, cuius in fine proximi capituli mentionem fecit, emendandam, & in uniuersum ad digerendas & expellendas superfluitates & bo-

R 4 nam

nam ualitudinem tuendam conducit, ut apud Xenophontem Cyrus inquit σεκρονειν τα εισιονατα: ουτω χορηπιω τε υγειαν μελλον παραμυθια, ηδη ιαω προσγινεσθαι, se elaborare cibum sumptum: Ita enim et sanitatem conseruari et robur corporis augeri. Et Hippocratis sententia nota est. Εβνοι, σιτία, ποτά, ύπνοι, πάντα μετρία. Numerant enim Medici sex res non naturales, quæ cum non sint partes nature hominis tamē ualitudini hominis seruiunt et nutritionem adiuuant, uidelicet, 1. Aër ambiens, 2. cibus et potus, 3. Somnus et uigilia, 4. Motus et quies, 5. Euacuatio. 6. Affectus. Hic de quarto et secundo genere, uidelicet de motu seu agitatione corporum et de cibo et potu sobrio et moderato Syracides præcipit. Ut autem in præcedente capite uoracitatem agrestem, ita hoc in loco ebrietatem, cum Temperantia pugnantem, prohibet: Cuius uituperationes apud Salomonem Prouerbiorum 23. et 31. et Plinium in fine, lib. 14. et Senecam Epist: 83. et Prophetas, Esa. 5. 28. 29. Ose. 4. Amos 6. 3. Esd. 3. Ephc. 5. et alibi legantur.

Vinum recreat Hominis uitam si moderate utaris.

Homerus Ιλ. 3. Ανδρι η κεκμηω μινος μεγα οινος αξεει.

Ægroto,

Ægroto uinum robur mirabile confert.

Epigrammatum lib. 2.

Αυτηθελης ηδονας και ποτος: ος δε η αναγκη  
 δε μηδ οινος τ' εβι ηεν, εινωποτη  
 ποταμικωδ η χορηπια, το δ' ετροσον ηδν προβιβα  
 μετρον, εμαι πασ ης αρκιορ ευφροσωνη.  
 Potus, sponte, inuit sumptus: qui pocula coactus  
 Ebibit, et uino is ipse sibiq; nocet.  
 Lurcones ualeant, animis sint gaudia nostris  
 In uino iustum non superare modum.

Euripides in Bacchis.

Εδρεο υγρον πομα εφρε ηεσενεγκατο  
 εναπτις, ο πανα τους ταλαιπωρους βροτους  
 λυπησθων πλακωσιν αμπελου ροης  
 υπνε τε λυθω τωρ καθ ημερα κακωρ  
 δισωσιν αυτ' εσ' αλλο φαρμακον πονωρ,  
 Lycæus usum uitium mortalibus  
 Inuenit ut curas mero deperirent,  
 Obluonem ferret et malis sopor,  
 Que singulis diebus hic nos obruuunt.  
 Non effiacius malis est Pharmacum.

Si uinum ingurgites adfert dolorem acerbissimum.

οδ. φ. οινος σε βρωι μελιθης, ος τε ε' αλλως  
 βλαπται, ος αρ μηρ χωδερ ελη, μη τ' ασιμα  
 πινη.

R 5 Dulce=

Dulcia uina nocent & ledunt duriter illum  
Qui nimium, largo stulte se proliut haustu.

Ebrietas reddit insanum.

Οἶνος ἢ προνοίας ἐξ ἀπροσώτως καταβάλλει  
Prudentes etiam uini dementat abusus.  
Alexander ebrius Clytum interficit.

Horatius.

Quid non ebrietas designat? operta recludit  
Spes iubet esse ratas, in praelia trudit inermem  
Sollicitis animis onus eximit, addocet artes  
Fœcundi calices quem non fecere disertum  
Contracta quem non in paupertate solutum  
Virgilius.

Nec Veneris, nec tu Vini capiaris amore,  
Vno namq; modo uina, Venusq; nocent.

Vt Venus enervat uires, sic copia uini,  
Et tentat gressus, debilitatq; pedes.

Multos cœcus amor cogit secreta fatetri:  
Arcanum demens detegit ebrietas.

Bellum saepe parit ferus exitiale Cupido,  
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma uocat.

Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello:  
At Lapithas bello perdis Iacche graui.

Deniq; cum mentes hominum furiarit uterq;  
Et pudor, & probitas, & metus omnis abest,  
Compedibus Venerem, uinclis constringe Lyæum,  
Ne te muneribus ledat uterq; suis.

Vini

Vina siccim sedant, natis Venus alma creandis  
seruat. hos fines transiisse nocet.

Noli proximo tuo conuiciari inter  
pocula.

De Modestia & Comititate & Beuolentia iu-  
sticiam conuicijs ergo συμπίετας declaranda præ-  
cipit. Οὐ γὰρ συμπαροισίει Θείας ἀπέχεσθαι  
ἐταίρους Διός, ἀνόμενοις ἰδέ γούρ ὅσι Θείη.  
Cicero ad Pætum: Monco te, quod pertinere ad  
beate uiuendum arbitror, ut cum uiris bonis, iu-  
cundis, amantibus tui uiuas. Nihil est aptius uitæ:  
nihil ad beate uiuendum accommodatius. Nec id  
ad uoluptatem refero, sed ad communitatem uitæ  
atq; uitius, remissionemq; animorum, quæ maxi-  
me sermone efficitur familiari, qui est in conui-  
uijs dulcissimus, ut sapientius nostri, quam Græ-  
ci illi συμπίεσις aut σῶδαπνοα, id est, compo-  
sitiones, aut concœnationes, nos conuiuia quod  
tam maxime simul uiuitur, &c.

Senior loquatur. Adolescens cum  
interrogatus fuerit, breuiter loquatur.

Conuiuium sit simile alphabeto, in quo sunt  
literæ, Vocales, Semiuocales & mutæ. Vocales sint  
Senes, docti prudentes usu periti. Semiuocales  
sint iuuenes, qui interrogati breuiter & modeste  
respondeant. Non interrogati sint Mutæ, nec a-  
liis loquentes interpellant.

Vere-

Verecundia coniunctum habet  
magnum fauorem.

*Auerendo, ut Sadoletus ait, dicta est uerecun-  
dia, quæ dum senes & maiores natu ueretur &  
colit, eorumq; magisterium, ut ita loquar, & ma-  
lam de se reformidat opinionem: in uultu pec-  
catum pingit, & liberalem fert criminis commi-  
ssi multam: eadem boni ingenij tamen & expe-  
ctata in puero uirtutis: ut sane appositè uide-  
tur dictum, Erubuit salua res est:*

## CAPVT XXXIII.

**Q**ui timet Dominum, patitur quæ-  
bernationem educantis, & qui  
cito se accommodat disciplinæ, inue-  
niet gratiam.

Qui querit uerbum Dei, opulens  
ter hoc nanciscetur. Qui autem non  
serio afficitur, tantum per hoc redde-  
tur deterior.

Qui timet Dominum, scopum sin-  
ceræ doctrinæ tangit, & iusticiam fa-  
cit splendescere sicut lumen.

Impius

Impius non patitur se moneri, &  
nouit se excusare aliorum exemplis  
in malefactis suis.

Homo prudens non aspernatur  
consilium bonum. At ferus & elatus,  
nihil timet, ut maxime quiduis patra-  
rit mali.

Nihil tenta sine consilio, & non  
penitebit te post factum.

Noli incedere uia, qua possis cades-  
re, aut qua impingas in lapides aspe-  
ros.

Noli ideo fidere tibi, quod uia sit  
plana. Imò caue à proprijs liberis.

Quicquid incipis, confide Deo ex  
toto corde. Nam hoc est seruare man-  
data Dei.

Qui uerbo Dei credit, hic magnis  
facit mandata. Et qui confidit Domi-  
no, huic nihil deerit.

Timenti Dominum, nihil accedet  
triste, sed cum tentatur, rursus eripie-  
tur.

Sapiens non audit eos, qui nause-  
am

am conantur facere uerbo Dei, Hypocrita autem fluctuat sicut nauis in mari tempestuoso. Homo prudens tenaciter & constanter retinet uerbum Dei, & de uerbo Dei certus est ut de sermone apertè dicto.

Primum uide certus reddaris, deinde de loquere, primum fac bene de cearis, & respondere poteris.

Cor stulti est instar rotæ in curru, cogitationes eius quasi axis uersatilis.

Sicut equus emissarius ad quasuis equas adhinnit: Ita adiungit se Hypocrita quibusuis derisoribus. Et quare (inquit) dies sanctior habetur dies? Cum idem sol omnes dies per annum faciat.

Sapientia Domini ita discernit eos, & tempora ac festiuitates ita ipse ordinauit. Quosdam dies elegit, & sanctificauit præ alijs. Quemadmodum omnes homines creauit de terra, & Adam ex puluere, & tamen Dominus discreuit eos, in xta multifariam sapientiam

entiam suam, & uarios ordines inter eos constituit, quosdam benedixit, exaltauit, sanctificauit & ad cultum suum uocauit, Quosdam maledixit, depressit, & è suo gradu deiecit. Nam in manu eius sunt ut argilla in manu figuli. Omnia opera sua facit, ut uult: Ita & homines in manu illius, qui fecit eos, & cui libet dat, sicut placitum est.

Ita bonum ordinatum est aduersarium malo, Vita morti, Timens Deum impio & prophano, Respice ita omnia opera Altissimi, semper duo contra duo ordinata sunt, & unum aduersus unum.

Ego ultimus euigilaui, quasi qui colligit botros post uindemiã, & Dominus ad hoc dedit mihi benedictionem, quod et mea tercularia impleui, sicut in Autumno pleno. Videte, quomodo non pro me laboraui, sed pro omnibus qui libenter discere uellent.

Audite me uos magnates, & gubera



bernatores in populo attendite. Ne permittas filio, uxori, fratri, confanguineo potestatem super te, interim quod uiuis, Neque facultates tuas cuiquam donationibus effunde, ne poeniteat te, & postea ab ipsis petere cogaris. Interim quod uiuis & spiras, ne te aut tua des alijs. Melius est ut liberi tui te indigeant, quam ut tu ex manibus eorum expectes. Sis tu dominus bonorum tuorum, neque honorem ce de alteri. Cum finis appropinquabit & discedendum erit e uita, tum de hereditatem tuam.

Asino pabulum debetur, & flagellum & onus: Ita seruo panis, castigatio, labor. Seruo tuo iniunge laborem, & pacem habebis, Si ocio assueuerit, tum insolescet contra te.

Iugum & funus inflectunt ceruicem, seruum responsorem baculum & uirga. Perpelle eum ad laborem, ne ocietur. Impone ei onera seruilia, Si non obedierit, constringe pedes eius ligno.

ligno. Nullum tamen onera nimium, sed tene modum in rebus omnibus.

Si habes seruum, defende eum, ut te ipsum, nam qui eum ledit, hic quoque perit corpus & salutem tuam. Si habes seruum, sit ipse apud conseruos quasi ipse uisus. Nam indiges eo ut propria uita tua.

Si autem indigne tractas eum sic, ut fugiat a te, ubi requires eum?

**P**rima & precipua pars capituli ad primam tabulam Socratici pertinet, & de TIMORE DEI seu PIETATE uera concionatur: Quo est uera agnitio Dei, & fides firma assensione amplectens uerbum Dei, & regens omnia uite consilia et actiones, ut cum uerbo Dei congruant. Sunt enim apud Syracidem fere iidem, Timentes Deum, pii, & Sapientes.

Primum autem designat uirtutes hoc in loco Pius tribuit, docentem quod sint Dociles, id est, non arroganter & impie contemnunt Doctrinam a Deo traditam, nec aliorum consilia & admonitiones adspiciunt, & errores suos pertinaciter aliorum exemplis uel multitudine impiorum defendunt: Sed uerbum Dei audiunt, & uerbo Dei se erudiri,

erudiri, moreri, & regi patiantur, & ad normam uerbi & mandatorum Dei omnia uitæ consilia dirigant. Ad hunc scopum primæ decem huius capituli Sententiæ referantur.

Secundò ait Pios firma *πληροφωρίᾳ* Fidei præditos esse, qua uere & indubitate statuunt, Doctrinam in uerbo Dei traditam, ut omnium cogitationum de Deo & consiliorum ac morum nostrorum unica norma sit, certam & immotam esse, eamq; constanter retineant & propositis promissionibus presentie auxiliij & liberationis diuinæ, se in doloribus & ærumnis omnibus firmiter sustentent & consolentur, Talem Abraham fidem prædicat Paulus Roma. 4. In promissionem Dei intuens Abraham non hesitauit ob diffidentiam, sed firmam habuit, dans gloriam Deo et certissimam persuasionem concepit, Quod qui promississet, posset etiam præstare, Ideo reputatus est iustus. Ephes. 3. Per Christum Iesum habemus *πρόσῃταιν καὶ ἠγοράζωμεν* ad Deum, cum fide ducta per fidem in eum etc. Tali fide præditi, uere à Deo diliguntur, & Deo curæ sunt, et in omnibus ærumnis & tentationibus à Deo sustentantur & liberantur, Sicut hic inquit, Timenti Dominum nihil accidit triste, sed cum tentatur rursus eripitur.

Contra Impij seu Hypocritæ uel ignari doctrinæ à Christo patefactæ, uel iudicantes inanem fabulam

fabulam esse legem & Euangelion, nec coherentes suas opinionones de Deo, & uitæ mores intra metas uerbi à Deo nobis circumdatis: hi opinionibus & cupiditatibus uariè errantes uagantur sine Deo, & horrendis fluctibus ac Euripis dubitationum conuoluantur & dissimilitudinem & confusions rerum & euentuum in uita humana intucuntur, uelut ratis in immenso mari hæsitans circumstetans, multa aduersa, metuens eorum cogitationes uagantur, & tandem uel in Epicureas uel Academicas blasphemias incidunt & in calamitatibus ac ærumnis, uelut cyruba in seuis tempestatibus quassata, nullam habent portum seu firmam consolationem, in qua adqueſcant, Sed tandem succumbunt trepidationi & dolori & fluctibus desperationis submerguntur, ut Socrates apud Platonem inquit Homines non habere *μὲν οὐκ ἔστιν* de summo bono, sed uelut imaginem in aqua turbata instabilem illud mentibus humanis obuersari. Pompeius post fugam ex prælio Pharsalico, disputat cum Cratippo an sit Prouidentia, cum in causa, ut ipse putabat, iustiore succubisset. Cato ante mortem legit Platonis librum de immortalitate anime. Sed nihilominus uita illius cum genitu fugit indignata sub umbras.

Hinc fluctuationem mentium humanarum sine certa & immota uerbi diuini norma temere

uagantium, tribus similitudinibus ualde illustratum  
Syracides hoc in loco depingit.

Prima à Navi in sua tempestate fluctibus  
quassata sumit: Quæ Paulus etiam Ephes. 4. usum  
est, cum inquit, Ministerium Euangelij à Deo in-  
stitutum esse, ne fluctuamus & circumferamur  
omni uento doctrine, sed ad unam ueram & firmam  
fidem & agnitionem Filij Dei omnes perueniamus.  
Sed Syracides insigniore uocabulo utitur,  
cum inquit, Άνὴρ σοφὸς οὐ μισήσει νόμον, ἢ  
ἠποκρινόμενος ἐν αὐτῷ, ὡς ἐν κοίτης  
πλοῦτος, id est, Vir Sapiens & pius seu timens  
Deum, non odit, non contemnit Legem seu doctrinam  
à Deo traditam, sed opiniones, consilia  
& actiones suas regit uerbo Dei & continet intra  
metas, quas Deus ei in lege seu uerbo suo circumdedit.  
Sed Hypocrita in Lege, Qui uel deridet  
doctrinam à Deo traditam, uel non firmiter assentitur,  
est uelut cymba, quæ in turbulenta tempestate  
iactatur, Significat enim κατεύρις, seu  
tempestatem, qualis ortu Acronyce syderis, quæ  
ἄριος Græci, Capellam latini uocant, circa Nonam  
Octobris cietur. Sita est autem illa Capella, cum  
duobus Hædis, in sinistro humero & brachio Euarichthonij,  
de qua Ouidius Fastorum 5. inquit,

Nascitur Olenæ sydus pluuiale Capelle,  
illa dati cælum præmia lactis habet.

Hæc fuit Hædorum mater formosa duorum  
inter Diæcos conspicuenda greges.

Inde Virgilius nominat Hædorum dies, quibus  
initio Octobris Acronyce oriuntur, & Theocritus  
Idibus 7. aptat scelerem nauigationem amicos  
ἄρα ἐπὶ τὰς ἡμέρας ἐπὶ τὸ νότος ἕργα δῖον  
κόσμον, ὅτι ὁπίσθ' ἔσ' ὠκεῖον πρὸς ἀγροῖα.

Quibus uero, quibus in hac arctior mundi parte,  
polus 54. gradibus supra terram extat, capella  
& Hædi nunquam sub terras occidunt.

Altera similitudo à rotæ & Axæ uersatili petita  
est. Ut enim in Euripo aquæ fluunt & refluant:  
ita Impiorum cogitationes de Deo & cupiditates  
& actiones instabiles sunt, & uarie uertuntur,  
dona uaria & fallacia consilia & præfida querunt  
quibus sese muniunt, ut Alcibiades nunc Atheniensibus  
nunc Lacedæmonijs, nunc Persis se adiungit,  
Themistocles ad Persas fugit, Pyrrhus, ἔτι μὲν  
ἔστι ἐπὶ τῷ ἀεὶ κλυδῶντι

Tertio, Equi Emissarij imagine pingit sapientes  
Epiciæcos, qui, ut Polyphi, uel Chamæleontes,  
enimam, à quibus Commodi aliquid expectant, opinantibus  
& uoluntatibus se accommodant, & in corde suo  
omnes Religiones pariter fabulosas esse iudicant  
et derident imprimis Christianam, cuius articulos  
supra conspectum rationis humane positos, quia  
complecti ratione non possunt, curiose disputant,  
Quomodo possibile sit, ut Deus homo fiat

erudiri, moneri, & regi patiantur, & ad normam uerbi & mandatorum Dei omnia uitæ consilia dirigant. Ad hunc scopum primæ decem huius capituli Sententiæ referantur.

Secundò ait Pios firma  $\pi\lambda\eta\rho\sigma\phi\omicron\rho\iota\alpha$  Fidei præditos esse, qua uere & indubitate statuunt, Doctrinam in uerbo Dei traditam, ut omnium cogitationum de Deo & consiliorum ac morum nostrorum unica norma sit, certam & immotam esse, eamq; constanter retineant & propositis promissionibus presentie auxilij & liberationis diuinæ, se in doloribus & ærumnis omnibus firmiter sustentent & consolentur, Talem Abraham fidem prædicat Paulus Roma. 4. In promissionem Dei intuens Abraham non hæsitauit ob diffidentiam, sed firmam habuit, dans gloriam Deo et certissimam persuasionem concepit, Quod qui promississet, posset etiam præstare, Ideo reputatus est iustus. Ephes. 3. Per Christum Iesum habemus  $\pi\alpha\rho\rho\eta\sigma\iota\alpha\upsilon\ \nu\omicron\upsilon\ \pi\rho\sigma\sigma\alpha\gamma\omega\gamma\lambda\omega$  ad Deum, cum fiducia per fidem in eum etc. Tali fide præditi, uere à Deo diliguntur, & Deo curæ sunt, et in omnibus ærumnis & tentationibus à Deo sustentantur & liberantur, Sicut hic inquit, Timenti Dominum nihil accidit triste, sed cum tentatur rursus eripietur.

Econtra Impij seu Hypocritæ uel ignari doctrinæ à Christo patefactæ, uel iudicantes inanem fabu-

fabulam esse legem & Euangelion, nec coherentes suas opiniones de Deo, & uitæ mores intra metas uerbi à Deo nobis circumdatis: hi opinionibus & cupiditatibus uariè errantes uagantur sine Deo, & horrendis fluctibus ac Euripis dubitationum concutiuntur & dissimilitudinem & confusions rerum & euentuum in uita humana intuentur, uelut ratis in immenso mari hæsitans circumspectans, multa aduersa, metuens eorum cogitationes uagantur, & tandem uel in Epicureas uel Academicas blasphemias incidunt & in calamitatibus ac ærumnis, uelut cymba in seuis tempestatibus quassata, nullum habent portum seu firmam consolationem, in qua adquiescant, Sed tandem succumbunt trepidationi & dolori & fluctibus desperationis submerguntur, ut Socrates apud Platonem inquit Homines non habere  $\mu\omicron\nu\iota\mu\omicron\upsilon\ \tau\iota\sigma\iota\upsilon$  de summo bono, sed uelut imaginem in aqua turbata instabilem illud mentibus humanis obuersari. Pompeius post fugam ex prælio Pharsalico, disputat cum Cratippo an sit Prouidentia, cum in causa, ut ipse putabat, iustiore succubisset. Cato ante mortem legit Platonis librum de immortalitate animæ, Sed nihilominus uita illius cum gemitu fugit indignata sub umbras.

Hanc fluctuationem mentium humanarum sine certa & immota uerbi diuini norma temere

uagantum, tribus similitudinibus ualde illustratum.  
Syracides hoc in loco depingit.

Primam à Naui in seua tempestate fluctibus  
quassata sumit: Quia Paulus etiam Ephes. 4. usque  
est, cum inquit, Ministerium Euangelij à Deo in-  
stitutum esse, ne fluctuemus & circumferamur  
omni uento doctrinæ, sed ad unam ueram & fir-  
mam fidem & agnitionem Filij Dei omnes perue-  
niamus. Sed Syracides insigniore uocabulo utitur  
cum inquit, Ἀνὴρ σοφὸς οὐ μισήσει νόμον, ἵνα  
ὑποκρινόμενος ᾖ ἐν ταῖς, ὡς ἂν καταγλι-  
πλοῖτο, id est, Vir Sapiens & pius seu timens  
Deum, non odit, non contemnit Legem seu do-  
ctrinam à Deo traditam, sed opinioniones, consilia  
& actiones suas regit uerbo Dei & continet in-  
tra metas, quas Deus ei in lege seu uerbo suo an-  
cum dedit. Sed Hypocrita in Lege, Qui uel deri-  
det doctrinam à Deo traditam, uel non firmiter  
assentitur, est uelut cymba, quæ in turbulenta tem-  
pestate iactatur, Significat enim καταγλιπ-  
τεσθαι, qualis ortu Acronyco syderis, quæ  
ἄρξια Græci, Capellam latini uocant, circa Nonas  
Octobris cietur. Sita est autem illa Capella, cum  
duobus Hædis, in sinistro humero & brachio Erichthonij,  
de qua Ouidius Fastorum 5. inquit,

Nascitur Oleniæ sydus pluuiæ Capelle,  
Illa dati cœlum præmia lactis habet.

Hæ

Hæc fuit Hædorum mater formosa duorum  
Inter Diætos conspicienda greges.

Inde Virgilius nominat Hædorum dies, quibus  
initio Octobris Acronyce oriuntur, & Theocri-  
tus Idyllo 3. optat felicem nauigationem amico-  
ἄταρ ἐπὶ ἐκαστοῖσι ἐπίφοις νότος ἤγησ' ἰώκει  
κύματα, & ὄπισθ' οὐτ' ἐπὶ ὠκευῶν πῶδες ἰοχέει.

Nobis uero, quibus in hac arctoa mundi parte,  
polus 54. gradibus supra terram extat, capella  
& Hædi nunquam sub terras occidunt.

Alteri similitudo à rota & Axe uersatili pe-  
tita est. Ut enim in Euripo aqua fluunt & reflui-  
unt: Ita Impiorum cogitationes de Deo & cupi-  
ditates & actiones instabiles sunt, & uarie uer-  
tuntur, dum uaria & fallacia consilia & præsidia  
querunt, quibus sese muniant, ut Alcibiades nunc  
Atheniensibus nunc Lacedæmonijs, nunc Persis se  
adiungit, Themistocles ad Persas fugit, Pyrrhus,  
ἐλπίδας ἔξ' ἐλπίδων αἰεὶ κυλιόμενος.

Tertio, Equi Emissarij imagine pingit sapien-  
tes Epicurees, qui, ut Polyphi, uel Chamæleontes,  
omnium, à quibus cōmodi aliquid expectant, opi-  
nionibus & uoluntatibus se accomodant, & in  
corde suo omnes Religiones pariter fabulosas esse  
iudicant et derident imprimis Christianã, cuius ar-  
ticulos supra conspectū rationis humanæ positos,  
quia complecti ratione non possunt, curiose dis-  
putant, Quomodo possibile sit, ut Deus homo fit

S 3 at, ex

at, ex uirgine nascatur, ut Deus moriatur, ut uoce  
Euangelij sonantis in ore ministrorum remissio  
peccatorum & uita aeterna nobis communicetur,  
ut corpora omnium hominum mortua reuiuiscant.  
His questionibus curiosi Syracides opponit Ven-  
bum & ordinationem Dei, in qua uult nos firmi  
Fide reuerenter adquiescere.

Semper duo contra duo ordinata  
sunt.

Ecclesiasticis 3. Tempus nascendi & moriendi.  
Plantandi & euellendi: destruendi & edificandi:  
flendi & ridendi: acquirendi & perdendi: amo-  
ris & odij: belli & pacis: gaudij & tristitie &c.

Ego ultimus euigilaui.

Syracides ultimus post omnes Prophetas circa  
annum Mundi 3720, annis 240. ante Christum  
natum, diuinitus excitatus est, ut praecepta Sapi-  
entiae & pietatis hoc libro collecta posteritati  
laboraret.

Audite me uos Magnates.

II. Pars capituli uulgare & nullo commentario  
indigens praeceptum tradit, congruens cum di-  
cto. Fontes tui deriuentur foras, & TV DO-  
MINVS eorum maneto. Non des alienis facul-  
tates tuas.

Pabulum & uirga & onus Asino,  
Panis, Disciplina & labor seruo,

Tertia

Tertia pars Capituli, Oeconomicum praece-  
ptum, De Seruis recte regendis, continet: quod  
late ad gubernationem transferri potest. Imperia  
Parentum, Dominorum, Magistratum, hoc mo-  
do constituta sint, ut primo uictum conuenien-  
tem familijs concedant, Deinde labores certos eis  
imponant, quibus & Deo singuli in sua uocatio-  
ne seruiant, & uictum sibi ac suis parent, & er-  
rantes cupiditates reprimant. Nam labores mo-  
derati per sese freni sunt uagarum cupiditatum  
et homines ad intellectum et amorem uirtutis ad-  
suefaciunt. E contra uero nihil agendo Homines  
mala agere discunt, & Ocia dant uicia. Item, Res  
secundae & ocium etiam Sapientum animos sati-  
git.

Tertia castigantur & puniantur non labo-  
rantes, aut alioquin contra normam Legum delin-  
quentes. Nam metus poenarum, uelut ἐργασίας  
καὶ κustos est officij & obedientiae subdito-  
rum. Et naturae quaedam adeo seruiles sunt, ut co-  
mitate & precibus reddantur insolentiores, minus  
autem & uerberibus facile in officio possint con-  
tineri, de quibus uulgò dicitur:  
Rustica gens est optima flens, sed pessima gaudēs,  
Vngentem pungit, pungentem Rusticus ungit.

CAPVT XXXIII.

S 4 Homi-

**H**omines insipientes fallunt semet  
ipsos spe inani, & stulti fidunt in  
somnia suis.

Qui confidunt in somnijs, conantur  
prehendere umbram, & uentum  
pugno includere.

Somnia nihil aliud sunt, quam imagines  
inanes rerum non existentium.

Quod impurum est quomodo hoc  
purum esse potest? Et mendacium  
quomodo potest esse uerum?

Prophetia, interpretatio & somnia,  
quæ ex te ipso effers nihil sunt, & ta-  
men tristes cogitationes afferunt.

Quæ nisi suggestione Altissimi fi-  
ant, omnia contemne. Nam somnia  
multos decipiunt, & fallunt illos, qui  
confidunt in eis.

Non opus est mendacijs ad colen-  
dum Deum, aut seruanda mandata.  
Nam satis est habere uerbum Dei, ac  
recte docendum.

Vir exercitatus multa intelligit, &  
homo bene peritus nouit differere de  
fapi

sapientia. Qui autem in exercitatus est,  
parum intelligit, & spiritus erronei  
plurimum mali pariunt.

Cum adhuc essem in errore, etiam  
docendo obtundebam quosuis, & a-  
deo doctus eram, ut non omnia pro-  
loqui possem, atq; saepe eo nomine in  
discrimen uitæ adductus sum. Nunc  
primum uideo, quod timentes De-  
um, uerum spiritum habent. Nam  
spes eorum fixa est in illo, qui saluare  
eos potest.

Non est, ut ulla re conterreatur is,  
qui Deum timet, aut ut perhorrescat  
quicquam, Nam ipse est fiducia eius.

Beatus uir, qui timet Dominum,  
sed in quo tandem confidit? Quæ est  
petra eius? Oculi Domini respiciunt  
eos, qui diligunt ipsum, Et est fortis  
munitio, ingens robur, certa prote-  
ctio aduersus æstum, tabernaculum  
aduersus calorem meridianum, custo-  
dia aduersus gressum uacillantem, su-  
stentatio firma aduersus casum, quæ

exhilarat cor simul & faciem, dat san-  
tatem, uitam & benedictionem salu-  
tis.

PARTES TRES SVNT.

I. De SOMNIIS uigilantium & dormi-  
entium, quibus stulti confidunt & falluntur. Vt  
enim quæ in somnis offeruntur uisa, inania sunt  
& uana. Sic Spebus, quæ sunt ἐχρηγοροῦσαν  
ὑπνώνια, id est, uigilantium Somnia, incerta &  
fallacissima, plurimi decipiuntur & pudesunt.

Lubet igitur nos Syracides in agnitione & do-  
ctrina de Deo & cultibus diuinis & omnibus uis-  
tæ consilijs & actionibus, nõ nostrarum mentium  
imaginationes & somnia, sed solum uerbum Dei,  
uelut unicam & immotã ueritatis normam, sequi.

Pertinet autem hæc doctrina, ad primum pre-  
ceptum Decalogi, Et adiungendæ sunt similes cõ-  
ciones. Deut. 13. Non audies uerba Somnatoris,  
Dominum Deum uestrum sequimini & mandata  
eius custodite & illius uocem audite &c.

Esa. 8. Ad Legem & ad Testimonium, Quod  
si non dixerint iuxta uerbum hoc, non erit eis  
matutina Lux.

Eccles. 5. Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt  
vanitates, Tu uero Deum time.

Adolescentes etiam repetant hoc loco com-  
munem doctrinam Phisicam de Somnijs, quæ sunt  
imagi-

imaginationes factæ in somno à spiritibus cerebri,  
quod specibus uel interdum sensui oblati, & ad-  
huc in illo reliquis (Aristoteles nominat ὑπνώνια  
μα τῶ ἐν τῇ καρδίᾳ αἰσθημάτων) uel trans-  
missis ab affectu cordis, uel ab aliorum membro-  
rum aut humorum certorum motu excitatum, uar-  
ias imagines & simulacra format.

Hæc Physicorum Somniorum descriptio est,  
ex quibus nihil de futuris euentibus uoluntarijs  
aut fortuitis diuinari potest. Et crebæ horum  
descriptions sunt apud Poetas, ut Claudianum.  
Iudicibus lites, aurigæ somnia currus,

Vanaq; nocturnis meta timetur equis.

Venator desessa toro cum membra reponit

Mens tamen ad syluas & sua iustra redit.

Omnia quæ sensu uoluntur uota diurno

Tempore nocturno reddit amica quies.

πᾶσα κύωρ ἄρτους μωπτεύεται: ἴχθυσ κἀγα.

Alia nominantur Præsagientia Somnia, quæ  
quibusdam uelut allegorijs & similitudinibus fu-  
turos euentus pingunt. Horum exempla multa  
recitat Cicero in libris de Diuinatione. Et Ari-  
stoteles inquit: τεχνικώτατον εἶναι κριτικῶν  
ἔνυπνίων ὅς τις δῶκατος ὅτι τὰς ὁμοιότητας  
δεωρεῖν. Cum autem totum hoc genus ambigu-  
um, obscurum & fallax sit: Prohibet hoc loco  
Syracides somnijs considerare, aut aliquid ex ijs asse-  
uerare. Ac si quid præ sagierunt, id ex euentu &  
à postea



à posteriori tantum iudicari potest, ut Xenophon in Anabasi inquit. ὁ ποῖος μὲν δὴ ὄσι τὸ τοῦ τοῦ ὄναρ ἰδέσθαι, ἔξει σκοπεῖν ἐκ τῶν συμβάντων μετὰ τὸ ὄναρ.

Alia sunt Diabolica, ut cum Diabolus Xerxi & Artabano in somnijs imaginem affert, qua ad bellum Græciæ inferendum incitatur.

Postremum genus est eorum, quæ suggestione altissimi sunt, seu quæ Deus ipse, mentibus inserit & expressis testimonijs ostendit se illorum auctorem esse, ut somnium Nabuchodonosor de quatuor Monarchijs pictis imagine capitis auri, pectoris argentei, uentris aeni, pedum ferreorum & laterum. Ex quo somnio poëta descriptionem quatuor ætatum Mundi sumserunt. Talia sunt Somnia Iosephi sponsi Mariæ, Iosephi filij Iacob, Pharaonis &c.

## II.

Vir exercitatus multa intelligit, qui autem non est tentatus, qualia scit?

Vt in cæteris artibus tres causæ Artificem faciunt. 1. Natura. 2. Præcepta artis seu doctrina. 3. Exercitatio seu usus assiduus. Lib. 6. Decretalium. Magistra rerum efficit experientia Glossa. Natura potentem, Ars facilem, usus primum reddit Artificem. Ita THEOLOGVM bonum, uero timore Dei & Fide præstantem, efficiunt,

ficiunt, non solum Doctrina bonarum artium & cognitio linguarum & Eloquentia eximia, Sed secundò, Verbi diuini lectio & meditatio pia & assidua, per quam spiritus sanctus efficax est & lucem ueræ agnitionis Dei in mentibus accendit & per sanctam crucem in doloribus et ærumnis ueram Fidem, Inuocationem, patientiam, spem & cæteras uirtutes Deo placentes exercet, auget, expolit & confirmat. Nam ut grauisime D. Irenæus inquit, Deum recte discere nemo potest, nisi Deo ipso docente. Tertio, Crux & tentationes seu ærumne & dolores, in quibus doctrina de timore Dei, & fide, ad usum transfertur & exercetur. Est enim Theologia non speculatiua doctrina sed practica. Ideo homines prophani, quantumuis eruditione & eloquentia excellent, Tamen si expertes sunt ærumnarum & dolorum, nec in ueris doloribus cogitatione iræ Dei expauescunt nec consolatione eriguntur: nihilomagis de timore Dei & consolatione fidei iudicare possunt, quam surdi de harmonijs uocum in cantu, quos exaudire nequeunt, imò ne quidem uocabula usitata, Quid sit timor Dei, quid sit pœnitentia, quid Fides, quid consolatio &c. intelligunt.

Vt igitur in cæteris artium generibus plerisque solus & artifices qui facit, usus erit, ita in Theologia etiam in primis ualeat aurea hæc studiorum Regula ab Epicteto tradita. Εἰ δὲ βλάτῃ ὄρι τοῦ φιλόσοφου

ῥάδιον δόγμα πρὸς ἀλλήλους ἀνθρώπων, εἰ μὴ  
καὶ ἐκείλω ἡμέραν τὰ αὐτὰ καὶ λέγη ὡς καὶ  
ἀκὴν καὶ ἄμα ἤσῃτο πρὸς τὸν βίον.

In hanc Sententiam Syracides hoc loco inquit,  
Qui non est tentatus, nihil scit, & Esaias, uexatio  
dat intellectum παθήματα μαθήματα.

Cum adhuc essem in errore, do-  
cendo obtundebam quosuis.

Vt uasa inania maiorem sonum edunt, quam  
plena: sic homines uera sapientiae & solidae do-  
ctrinae expertes, multo loquaciores sunt, quam alij  
uere sapientes: Sicut fatuas mulierculas & pue-  
ros plurimum garrere uidemus, Et Reuchlinus di-  
cere solitus est Iuris studiosos primo anno omnia  
doctissimos esse, & omnes casus diiudicare &  
decidere posse. Secundo anno eos aliquantulum  
dubitare de sua sapientia. Tertio anno cum illud  
immensum pelagus disputationum introspicere  
incipiunt, eos agnoscere, quod nihil sciunt. Et  
tunc primum feliciter eos studium Iuris inchoare  
dicebat.

Nunc primum uideo quod timen-  
tes Deum uerum spiritum habent.

Vera Theologia est, non disputare & garrere  
multa de Deo, de modo generationis Filij, & pro-  
cessionis spiritus, Sancti, de modo presentiae cor-  
poris

poris Christi in caena, de diuina sustentatione &  
permissione, sed uere Deum timere, & illi confi-  
dere, & obedire. Regnum Dei non est positum in  
sermone, sed in uirtute.

## III.

Non est, ut ulla re conterreatur is  
qui Deum timet.

Insignis descriptio est FIDEI seu Fiduciae  
cordis in Deo nobis proptio adquietantis, quod  
in omnibus periculis & doloribus DEO tan-  
quam petrae & arci munitae innitens, tranquil-  
lum & letum manet, & sine ulla trepidatione  
& metu, Deo nobis propter Christum fauenti &  
placato obedit, & in eo adquietat & letatur.

Hec propria Ecclesiae Dei & piorum uirtus  
est, de qua in Psal. 61. concionatur. Non ne Deo  
subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare me-  
um. Nam & ipse Deus meus salutaris meus, susce-  
ptor meus, non mouebor amplius. Et Psal. 91. Qui  
habitat in adiutorio. Prouerb. 18. Turris fortis-  
sima nomen Domini. Esa. 40.

## CAPVT XXXV.

Qui sacrificat de bonis male para-  
tis, deridet Deum. Verum talis  
derisio

derisio impiorum nihil prorsus placet Deo.

Munera impiorum nihil placent Altissimo, & peccata non expiantur sacrificijs multis.

Qui de bonis pauperum offert sacrificium, non aliter facit, atq; qui filium mactat coram oculis patris.

Pauper nihil aliud habet præterquam buccellam panis, qui hac spoliatur eum, homicida est.

Qui eripit ei patrimonium, occidit proximum suum.

Qui operario non dat mercedem suam, crudelis & sanguinarius est.

Si quis ædificat, & rursus demolitur, quid ille aliud inde habet quam laborem?

Qui orat simul & eodem ore blasphemat, quomodo illum exaudiet Dominus?

Qui lauat se, cum contrectauit fœnus, & rursus hoc tangit: Quid prodest huic lauacrum? Sic est homo qui  
ieiur

ieiumat pro peccatis suis, & rursus subinde peccat, Quis exaudiet orationem eius? & quorsum tandem ieiunium eius?

Seruare mandata Dei, sacrificium est splendidissimum, Dei mandata magnifacere, hoc sacrificium profuerit.

Qui ex corde Deo gratias agit, hic purissimam offert similaginem.

Qui erga proximum misericors est, hic sacrificio laudis honorat Deum.

Desinere à peccato, cultus est placens Domino; Desinere à male operando, uerum est sacrificium ad placandum Dominum.

Sed tamen non ideo apparebis in conspectu Domini uacuus. Nam & hæc facienda sunt, secundum Legem Dei.

Holocaustum iusti, Altare ornat, & dicit, & odor suauissimus est coram Altissimo. Sacrificium iusti est acceptum, & in obliuionem ueniet nunquam.

T Da ho-

Da honorē & gloriam Deo uultu læto, & primitias tuas sine omni labe.

Quod dandum est, dato libens, & sanctifica decimas tuas animo hilari.

Da altissimo secundum quod dedit tibi, & quod est in manu tua, dato uultu sereno. Nam dominus qui dicitur retributor est, pensabit tibi septuplo.

Noli decurtare dona tua, neque enim acceptum est coram Domino, Noli aliquid lucelli decidere, cum sacrificare debes.

Nam Dominus est uitor, Et apud ipsum non est respectus personarum, Subleuat pauperem, neque respicit personam, & orationem exaudit afflictorum, non despicit preces pupillorum, neque querelam uiduæ.

Lachrimæ uiduarum destillant per genas, at sursum clamitant aduersus illum qui expressit eas.

Qui Deo seruit, est acceptus coram eo, & oratio eius usque ad nubes pertingit.

Oraz

Oratio afflictorum penetrat nubes, & non cessat, donec appropinquet Deo, nec desinit, donec Altissimus respiciat, & Dominus iudicabit iuste, ac puniet, non differet, nec tandem tolerabit, quin immisericordi uiro confringat lumbos, ut se de eiusmodi ulciscatur, & deleat omnes, qui istos affligunt, Et potentiam iniustorum euerat, & unicuique det iuxta sua opera, mercedem dans iuxta merita ipsorum, ut ulciscatur populum suum, & lætificet eos misericordia sua.

Quemadmodum pluuia in tempore cadit, quando magna est siccitas: Ita & misericordia commode uenit tempore necessitatis.

**D**octrinam primæ Tabule, DE VERO CVLTU DEI, illustrat, & unum ex præcipuis est in toto Syracide.

Cum autem Homines ideo conditi sint, ut Deum recte agnoscant & colant, sicut se in uerbo suo coli præcipit: omnibus pijs grata esse huius necessaria & salutaris doctrinæ consideratio debet.

T 2 Est

EST autem VERVS CVLTVS DEI ET SACRIFICIVM DEO PLACENS, uero corde DEO obedire, seu prælucēte uero Timore Dei, et fide in Christum, face- re opera à Deo mandata, hoc sine, ut Deum hono- re afficiamus, hoc est, ut testemur, hunc uere esse Deum, quem sic colimus. Ideoq; nos ei hoc obediē- tiæ & gratitudinis nostræ testimonium præstare.

SPECIES seu gradus cultuum præcipui tres sunt.

1. Ceremonie & Sacrificia externa.
2. Honeſta opera Moralia.
3. Verus timor Dei, seu uera pœnitentiã & FIDES accipiens remissionē peccatorū propter Christū promissam, et uero corde obediens DEO.

Hęc Fides & obediētia cordis interior, est anima & uita externorum operum moralium & Ceremonialium. Quæ, non prælucēte hac Fide & iustitia cordis, non sunt cultus, sed abominatio- nes coram Deo, ut Prouerb. 15. dicitur. Victima Impiorum abominabiles coram Domino Ebræ. 11. Sine Fide impossibile est placere Deo.

Omnibus autem temporibus plurimi homines extincta luce Fidei in Christum, flectunt oculos ad Ceremonias & Sacrificia: & hęc putant me- reri remissionem peccatorum & iustitiam, ac cul- tus Deo placentes esse ex opere operato: etiamsi ipsi interea omnibus cupiditatibus & uicijs fre-

nos

nos laxent & rapinis ac iniurijs alios opprimant, ut ille inquit. Ἀδικητέον καὶ θυτέον ἀπὸ τοῦ ἀδικημάτων. Iniuste agendum & ex bonis iniuste raptis sacrificandum est.

Tali simulatione Ceremoniarum & sacrificijs Impiorum prædonum, derideri Deum, Syracides inquit. Et facile hic error ab omnibus sanis agnos- cit, & iudicari potest. Quia Lex dicit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, non ex- ternis gestibus aut Ceremonijs simulatis. Imò & Plato inquit. Οὐ πρὸς ἄγετα ὁ θεὸς ὑπὸ δῶρον ὡς τοῖς κη, ἀλλὰ πρὸς τῶν ψυχῶν ἀποθελάτῃ, ἐν ἡς ὅσιος ἐὶ δίκουος ὄν τυχάνα. Non se- ducitur Deus muneribus sicut auarus scenerator, sed animum intuetur an sanctus & iustus sit.

Propheta autem passim hunc communem & tetrum errorem de Sacrificijs acerrime taxant.

Esaiæ. 1. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum, dicit Dominus, plenus sum, holocausta arietum, et adipem pingum & sanguinem uitulo- rum & agnorum & hircorum nolui. Cum ueni- retis ante conspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus uestris, ut ambularetis in atrijs meis?

Ieremiæ 7. Soletis furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baal, & ire post Deos alienos, & uenitis, & statis coram me in Templo hoc, & dicitis, liberati sumus, etiamsi fecerimus omnes abominaciones istas. Nunquid ergo speluna

ca latronum facta est domus ista &c. Hæc dicit Dominus. Non præcepi patribus uestris, in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de holocaustis & uictimis (scilicet hac opinione offerendis, quod sint cultus Dei per sese et mereantur remissionem peccatorum, & placent iram Dei ex opere operato, etiam si sacrificantes sint sine uera poenitentia, & omnibus sceleribus frenos laxent) Sed hoc uerbum præcepi eis, dicens: Audite uocem meam & ero uobis Deus, & uos critis mihi populus, & ambulante in omni VIA, QVAM mandauit uobis ut bene sit uobis.

Psal. 49. Non in Sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Quoniam mæ sunt omnes fera syluarum, iumenta in montibus & boues. Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Inmola Deo Sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua, & inuoca me in die tribulationis, et eruam te, et honorificabis me.

Ose. 6. Misericordiam uolui & non sacrificium & scientiam Dei plus quam holocausta.

His dictis admoniti alij, cum agnoscant, non sufficere ceremonias & Sacrificia, requirunt bona opera moralia seu externam disciplinam, uitantem externa scelera & facientem, honesta opera in Decalogo seu lege Dei mandata.

Sed

Sed neq; hæc obedientia Moralis est cultus Deo placens sine uera poenitentia & fide ut Matthys. dicitur. Nisi abundauerit iustitia uestra, supra iustitiam Phariseorum & Scribarum, non introibitis in Regnum Dei.

Oportet igitur in omni inuocatione, & cultu Dei ceremoniali uel morali, præluere in corde ueram poenitentiam & Fidem seu Fiduciam Mediatoris: Sine qua impossibile est placere Deo.

De hoc discrimine inter ueros & falsos cultus Syracides hoc in loco concionatur, & docet infimum gradum cultuum esse ceremonias sacrificiorum: & hæc non placere Deo, nisi persona prius fide iusta sit, & habeat iustitiam bonæ conscientie seu obedientiam moralem. Ideo inquit Sacrificium IVSTI est acceptum Deo, sicut de Sacrificijs Cain & Abel dicitur. Si bonus fueris, erit acceptio. Item, Fide Abel meliorem hostiam obrulit Deo, quam Cain: per quam testimonio diuino pronuntiatus est iustus.

Nec tamen prorsus omittenda sunt Sacrificia à Deo mandata, Sed hæc quoq; suo ordine, uidelicet præluente uera Fide & obedientia morali facienda sunt: non ut expient peccata, sed ut conseruetur inde ministerium doctrina de Deo & alantur inde docentes in Templis & Scholis & pauperes. Ac ut sint typi Sacrificij & beneficiorum Christi & hostiarum spiritualium

seu Sacrificiorum laudis, quæ in nouo Testamento Deus sola à nobis requirit & flagitat. De Holo- caustis lege Leuit. 16. De primitiis, Exod. 23. Deut: 26. Num: 15. Exod. 13. Leuit. 2. 23.

De decimis Leuit: 27. Nume. 10. 18. Deut. 14. 26.

Oratio afflictorum nubes pene- trat, nec cessat, donec appropinquat Deo, &c.

Præcipuus & summus cultus Dei est **VERA INVOCATIO**, qua, prælucente uera agni- tione & fiducia Christi Mediatoris petimus à ue- ro Deo in Ecclesia patefacto, bona spiritualia & corporalia nobis salutaria: & certo statuimus nos quamquam pauperes & afflictos, tamen certo curæ esse Deo, & ab eo tanquam patre philostor- go, preces nostras propter Filium intercessorem exaudiri, & nobis salutaria tribui.

Partes ueræ Inuocationis sex sunt.

1. Compellatio ueri Dei: Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.
2. Cogitatio Mandatorum Dei quæ præcipi- unt Inuocationem.
3. Pœnitentia seu confessio propriæ indigni- tatis seu peccatorum, cuius illustre exemplum est in prece Danielis 9.
4. Promissionum amplissimarum & dulcissi-  
marum

marum consideratio, quæ preces nostras à Deo recipi et exaudiri propter Christum confirmant.

5. Fides amplectens promissiones & in ijs ad- quiescens.

6. Commemoratio rerum petendarum, seu pe- riculorum à quibus nos liberari, & bonorum spi- ritualium & corporalium, quæ nobis à Deo tri- bui, optamus.

Pertinent autem sententiæ de prece, quas hoc in loco Syracides recitat, ad quartam partem uidelicet ad Promissiones de certa exauditione nostrarum precum & auxilio Dei oportuno, illu- strandam. De qua etiam hoc Bernardi dictum iu- niores meminerint. Nemo uestrum, fratres, parui- pendat orationem suam. Dico enim uobis, quod ipse ad quem oramus, non parumpendit eam, pri- usquam egressa sit ore nostro, ipse scribi iubet eam in libro suo. Et unum è duobus indubitanter spe- rare possumus, Quoniam aut dabit quod petimus: aut quod nobis nouerit esse utilius. Nos enim quid oremus, sicut oportet, nescimus. Sed miseretur ille super ignorantiam nostram, & orationem be- nigne suscipiens, quod nobis aut omnino non est utile, aut non tam cito dari necesse est, minime tribuit, Oratio tamen infructuosa non erit.

## CAPVT XXXVI.

T 5 Domi-

**D**omine omnipotens Deus, miserere nostri, & respice nos, & terere omnes populos. Eleua manum tuam super alienos, ut uideant potentiam tuam, quod coram oculis ipsorum sanctificaris apud nos. Ita ostende te magnificè excelsum apud ipsos coram oculis nostris, ut quemadmodum nos, ita & ipsi cognoscant, quod non sit alius Deus præterquam tu Domine, Ede noua signa, noua mirabilia, extende manum tuam, brachium dexterarum tuum magnificè. Incita furorem, & effunde iram tuam. Rape instar turbini aduersarium & conualesca inimicum, & celeriter festina, & recordare iuramenti tui, ut celebrentur mirabilia tua. Sæuitia ignis consumat eos, qui tam securè uiuunt, & pereant qui affligunt populum tuum, Conterre caput Principum, qui inimici nobis sunt, & dicunt: Nos soli sumus, Congrega omnes tribus Iacob, ut sint hæreditas tua, sicut ab initio. Misere re populi tui, super quem inuocatum est

est

est nomen tuum, & Israelis, quem uocas primogenitum tuum, Miserere ciuitatis Hierusalem, ubi est Sanctuarium tuum, & ubi habitas: Restaura Zion, ut rursus ibi oriatur uerbum tuum, ut gloria tua in populis amplissima sit. Ostende te propitium erga eos, qui hæreditas tua sunt ab initio, imple prophetias tuas, quæ in nomine tuo editæ sunt. Retribue eis qui te expectant, ut tui Prophetæ ueridici inueniantur. Exaudi Domine preces eorum qui te inuocant iuxta benedictionem Aaron, super populum tuum, ut omnes qui in terra habitant agnoscant quod tu Dominus æternus Deus es.

**F**ormam preccationis præscribit, qua petitur defensio & protectio diuina Ecclesiæ & Politicæ Iudicæ, & repressio hostium Ecclesiæ, propter hunc finem, ut Deus gloria adficiatur, hoc est, ut multi Deum recte agnoscant & celebrent: & in miranda defensione piorum & pœnis hostium Ecclesiæ cernant, non inania nomina esse Deum & Ecclesiam, sed uere esse Deum, & curæ

Deo



Deo esse Ecclesiam, & ab eo respici, exaudiri, iuari, defendi.

Præcipue uero Politia Iudaica propter hanc causam constituta & à cæteris gentibus discreta fuit, ut esset certa sedes Ecclesiæ, & Domicilium ac Templum Dei, in quo se patefaceret & promissiones de Messia repeteret & in alias nationes late spargeret. Petit igitur hoc domicilium laudis diuine à Deo conseruari & defendi. Congruum autem hæc precatio Syracidæ cum Psalmis 78. Deus uenerunt gentes in hereditatem tuam. 79. Qui regis Israël intende. 82. Domine quis similis erit tibi. 122. 131. 139. 140. &c.

In fine mentionem FACIT BENEDICTIONIS AARON, quam breuiter explicabo.

Sunt enim uerba, quibus Aaron benedicebat populo, quæ in nostris quoq; Ecclesijs post Synaxim pronuncitari solent, precatio Summi Sacerdotis, intercedentis pro tota Ecclesia apud æternum Patrem Iehoua, & petentis, ut Ecclesiæ omnia bona seu beneficia Spiritualia & corporalia tribuantur, quæ Paulus duobus uocabulis Gratia & pacis seu Salutis complecti solet. Estq; fere eadem sententia trium uersuum.

Benedicat tibi Dominus. Oro uerum Deum Iehoua, patefactum per conditionem Mundi & suum uerbum ac promissiones de Christo, ut tibi

tibi celestem benedictionem propter uenturum Semen Adæ & Abrahæ promissum impertiat, id est, ut remittat tibi peccata, liberet te à potestate Diaboli, & mortis, recipiat te, donet spiritum sanctum, qui ueram Fidem, inuocationem & celebrationem Dei in te accendat & te acceptet ad uitam æternam iuxta promissionem in semine tuo benedicentur omnes gentes. Galat. 3. Acto. 3.

Et custodiat te, id est, gubernet & defendat tuam mentem, uitam, corpus, ualetudinem, coniuugem, liberos, facultates tuas. Deniq; sit gubernator & defensor Ecclesiæ, Politicæ, Oeconomice.

Illuminet Dominus faciem suam super te, id est, aspiciat te serena & lata facie, ostendat se tibi placatum & clementem, exhilaret & recreet te sicut Sol mane oriens sereno & leto lumine omnes homines & animantia recreat. Ita Filius Dei, qui est Lux uera, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum, per lucem uerbi seu Euangelij sui accendat in tua mente lucem, ueræ agnitionis Dei, & ueram consolationem, lætitiã & gaudium conscientie liberatæ à terroribus Diaboli, peccati, Legis &c. deniq; uitam & lætitiã æternam.

Significat enim Lux apud Ebræos non solum hoc lumen, quod oculis corporeis percipitur, & notitias mentis, qua res agnoscuntur, sed etiam uitam, consolationem, lætitiã, liberationem ex summis

summis malis, diuinam gubernationem, defensionem & eternam felicitatem. Conferantur autem ad hanc Phrasin Aaronicam illustrandam sententia, Iohan. 1. 2. Cor. 5. Esa. 9. Iohan. 8. Esa. 60. Mich. 7. & c.

Et misereatur tui, id est, sit beneficus erga te. Sæpissime enim significat uocabulum Misericordie idem quod Beneficentia orta ex amore & benignitate seu benenitate gratuita. Vt Ose. 6. Misericordiam uolo.

Luget Dominus faciem suam super te. Cum tenebræ peccati, insidie diaboli, externæ persecutiones, terrores mortis & morsus desperationis, Lucem diuinam, hoc est, agnitionem gratiæ diuinæ, consolationem & letitiam conscientie, extinguere & delere conabuntur: Oro te Deus, ut tuam istam salutarem & uiuificam lucem euehas & extollas, ut emineat & suo splendore obruat omnes tentationes, sicut Sol ex atris nubibus & tempestatibus emergens exerit summumbar & pulsis tenebris gratam & salutarem lucem reducit.

Et det tibi pacem, id est, salutem anime & corporis. Das es dir wol gehe an leib vnd an Seel/ pacem & tranquillitatem conscientie & felicitatem in omnibus uitæ consilijs & actionibus.

## CAPVT XXXVII.

Omnis generis cibos sumit uenter, sed tamen aliis alio lautior est.

Vt lingua degustat ferinam: Ita cor intelligens examinat uerba doli.

Homo callidus potest quem præcipitare in exitium, Sed homo peritus id præcauere nouit.

Omnes matres amant filios, & tamen sæpe foelicius res cadunt cum filia quam cum filio.

Mulier formosa exhilarat maritum suum, neque is charius habet quicquam, Quod si ad hæc suauis est moribus & proba, tunc huic uiro non facile inuenitur similis.

Qui habet diligentem matrem familias, constabit rem familiarem, & sociam habet fidam, & columnam, qua consolari possit.

Vbi non est sapiens, uastatur prædium, Et ubi non est mater familias, ibi maris

maritus miser est, quasi errabundus  
uagetur.

Quemadmodum non solemus fra-  
dere latroni, qui nunc hanc, nunc il-  
lam urbem clam perreptat: Ita & nec  
fidimus uiro, qui nidum non habet,  
sed diuertere cogitur, ubicunq; nox  
eum opprimit.

Quilibet quidem amicus dicit, Et  
ego amicus sum. At quidam tantum  
titulotenus amici sunt.

Quando amicorum inter se con-  
cordia dissilit, acerbitas usq; ad mor-  
tem durat.

Proh unde tamen prodit hoc nefas-  
rium & sceleratum malum, quod to-  
tus mundus plenus est perfidia?

Quando amici res sunt secundæ,  
lætantur cum eo. Vbi autem sunt ad-  
uersæ, ex amicis fiunt inimici. Con-  
dolent ei propter uentrem. At cum  
ingruit necessitas, tum ipsi ad scutum  
confugiunt.

Noli obliuisci amici tui, cum lætas  
ris,

ris, & memor sis illius cum ditescis.

Quilibet consultor uult dare con-  
siliū. At quidam priuati commodi  
causa consulunt. Caue ergo à consilia-  
rijs, Cogita primum an prosit. Nam  
ipse forsā uult consulere sibi, & te  
subire periculum, dicitq; te insistere  
uiæ rectæ, & tamen contra te est, &  
obseruat quid euenturum sit.

Noli inire consiliū cum eo, qui  
te suspectum habet. Neque adhibe in  
consiliū eos, qui tibi inuident.

Perinde atq; si consulas mulierem  
quomodo officiose tractanda sit emu-  
la aut pellex eius. Aut si consulas ho-  
minem abiecti animi, quomodo cum  
hostibus cōgrediendum sit. Aut mer-  
catorem, quanti tuas merces præ suis  
æstimet. Aut emptorem, quanti tu  
uendere debeas aut hominem inuis-  
dum de ratione beneficentiæ. Aut cru-  
delem & immisericordem, de modo  
condonandi, aut segnem de assiduis  
laboribus. Aut erronem & pigrum  
merces

mercenarium, qua fide locata opera præstanda sit. Aut desidem ministrum in domo de negocijs exaggeratis. Eiuscemodi noli adhibere in consilium, sed semper adiunge te timentibus Deum, quos scias seruare mandata Dei, qui eiusdem tecum sint sensus, qui compatiantur tibi, si forte impingas, illorum consilijs adhære. Neque enim fideliozem inuenies consiliarium. Et eiuscemodi unus acutius cernet quid, quam septem uigiles, qui excubant in specula. Sed in omnibus his tamen inuoca Altissimum, ut det successum factis tuis, nec patiatur te labi aut errare.

Antequam aliquid incipias, primum interroga, & antequam aliquid facias, consilium pete. Nam ubi aliquid noui instituitur, ibi necesse est unum ex his quatuor accidere, ut bonum fiat, aut malum, uita hinc sequatur, aut mors, & hoc semper gubernat lingua.

Inue-

Inuenias hominem aptum ad consulendum alijs, qui alijs sapit, & sibi nihil sapit.

Inuenias hominem, qui conatur prudens dare consilium, & tamen alij inuiti eum audiunt, manetq; in mendacitate. Quia à Domino non habet gratiam, nec est sapientia in illo.

Pleriq; sapiunt ex propria experientia, & hi suis consilijs profunt Reipub; & quasi acu tangunt id quod expedit.

Vir sapiens nouit docere populum suum, & suo consilio prodest alijs, & scopum tangit.

Vir sapiens ualde laudatur, & ab omnibus uidentibus ipsum celebratur laude.

Quilibet præstitutum habet tempus ad uiuendum. At tempus Israelis, est sine numero.

Vir sapiens in admiratione magna est apud suos, & nomen eius in æternum manet.

V 2 Magna

**M**agna ex parte in PRVDENTIÆ præceptis consumitur, qua & perfidiam ac Insidias amicorum fucatorum deprehendi & præcaueri, & in actionibus ac in negotijs omnibus, consilio hominum fidorum & sapientum utendum esse monet. Insertæ sunt autem Sententiæ continentem laudem Coniugij, & speculum for-  
 moſæ, suavis, probæ, diligentis & industriæ Matrisfamilias: & reprehensionem uagarum libidinum, quas Latronum erroribus confert. Cum autem de hac materia superius cap. 25. 26. & 9: & de Amicis perfidis capite 6. 13. 14. 22. dictum sit, nolo ea hoc in loco repetere. Sed posteriorem & præcipuam huius capituli partem DE CONSILIIIS FIDIS ET INFIDIS breui annotatione illustrabo.

Deus condidit Homines, ut singuli in sua uocatione Deo grata, recta, iusta, & sibi & alijs salutaria agant. Vult igitur non temere uagari cogitationes & actiones nostras. Sed prudenti deliberatione & consilio, ad normam rectitudinis congruente, gubernari. Nam uirtutis actio est *πρόδοξη*, hoc est, consulto & sponte suscepta & uulgò dicitur: Quicquid ages prudenter agas & respice finem. Nihil autem in hac nature caligine & cœcitate procliuus est quàm in consilijs & actionibus tibi, errare, hallucinari. Ideo Deus ipse normam consiliorum & actionum re-

starum

starum certam & immotam proposuit, de qua in Psalmo dicitur: Lucerna pedibus meis uerbum tuum & lumen seruitis meis. Regula enim totius uitæ nostræ, in cogitatione de DEO, & gubernatione morum, & actionum omnium esse debet, SAPIENTIA & VOLUNTAS DEI, quam in Legge seu uerbo suo reuelauit. Cumq; uere *ἰσχυρὸν γένηται* sit ἡ *σοφία*: iubet Deus & normam consiliorum in uerbo ipsius propositam attente considerare & in conspectu assidue habere, & simul à se peti recta consilia & successus salutare, ut hic monet Syracides. In omnibus his inuoca altissimum, ut det successum factis tuis, nec patiatur te tibi aut errare.

Vult etiam nos aliorum prudentum & piorum sententias & consilia fisciari & audire. Nam in tanta confusione negotiorum uitæ humane & uarietate circumstantiarum difficile est generalem normam Legis ad singula facta dextre & recte applicare. *Σὺν δὲ δὺ' ἑρχομῶν καὶ τὴν πρὸ ὁ τῶ ἐνέκασε*, id est, cum duo uel plures ueniunt ad deliberationem & sententias, ac consilia inter se conferunt, tunc quod unus non uidet alter animaduertit.

Cum duo cōsultant, hunc quod latet, inuenit alter.

Verissime autem dixit Isocrates. *Σύμβουλον ἀγαθὸν γεννησιώτατον καὶ βασιλικώτατον ἐπάντων κτημάτων εἶναι*. Consiliarium bo-

num esse utilissimum & maxime Regium thesam-  
rum. Ideo enim Reges & Principes sua decreta  
& mandata proponentes plurali numero de se  
ipsis loquentes utuntur, ut significant, se non  
ἰδιοῦθου λέοντες, seu communicato cum fidei &  
Sapientibus amicis consilio, illa constituisse.

Præcipue autem hoc in loco Syracides monet,  
Quales Consiliarij à nobis in consilium ad-  
hibendi sint: uidelicet non adulatores fucati,  
non pleonectici priuata commoda spectantes, non  
inuidi, non partiales. Cum his non deliberandum  
esse nouem exemplis demonstrat.

Requirit autem in Consiliario, Primum Fidem  
seu beneuolentiam erga nos synceram & constan-  
tem. 2. Piam prudentiam, que ad normam uerbi  
diuini unicam honestatis & rectitudinis Regu-  
lam, & utilitatem consulentis, deliberationem  
dirigit, & qui euentus ex quibus consilij & a-  
ctionibus sequi usitate soleant, proprio usu & ex-  
perientia didicit, ut de senili prudentia Homerus  
inquit.

Οἷε γέρων μετέσει δέμα πρῶσσω ἢ ἀπίσσω  
λεύσσει, ὅπως ὄχ' ἄρισα μέτ' ἀμφοτέρωσι γέ-

(VITALI)

Et Cyri consiliarius Cræsus apud Herodotum  
inquit. τὰ πατήματα δι' μαθήματα γεγονέ-  
ναι, se suis calamitatibus & damnis didicisse, que  
consilia

consilia & actiones suscipi quæ intermitti debe-  
ant.

3. Autoritatem, ut in ea existimatione sit apud  
consulentes, ut ipsius iudicium ac sententiam li-  
benter sequantur, non aspernentur aut contem-  
nant. Sicut Æschylus optat.

Παθὼ μοι ἔπειτο καὶ τύχη δρασκήριος, id  
est, obedientiam meum consilium sequatur, & sæ-  
lix successus.

Cum autem & ipsa Sapientia, & Authoritas  
seu inclinatio animorum in hominibus, qua alicui  
præstantiam sapientiæ & doctrinæ tribuunt,  
ideoque se ei subiiciunt & obtemperant: Dei do-  
num sit: ardentibus uotis Sapientiam nobis & a-  
lij salutarem à Deo dari petamus: eamque nobis  
contigit doctrinam & prudentiam, ad Dei  
gloriam & aliorum hominum utilitatem refer-  
re studeamus. Vt Iacobus inquit. Si quis indiget  
Sapientia, petat à Deo nihil hæsitans. Et nota est  
sententia ueteris & sapientissimi carminis.

Ἄλλος δ' ἔν' σήθεσσι θεῶν νόον ἐυροσπὰ Ζεὺς  
εὐδλόρ: ἦ δὲ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἀνθρώπων.  
Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ θεὸν ὡς εἰσοροῶσι.

Prodest etiam Regulas generales de Pruden-  
tia seu regendis iuxta rectam rationem consilij &  
actionibus uite in conspectu habere. Quarum hæc  
prima est, ut norma omnium consiliorum & a-  
ctionum

ctonum sit uerbum Dei, nec ulla res tanti estimetur, ut propter eam actiones Lege Dei prohibitas suscipiamus.

2. Pluribus propositis honestis, delectum habemus inter necessaria & propria nostre uocationis officia, & πολυπραγματικὰ seu non necessaria quantūuis plausibilia & speciosa uideantur.

3. Metiamur nostras uires & nihil tentemus aut suscipiamus impossibile. ὡσαύτως γὰρ τοῖσι σκέλεσι οὐτῶ & τοῖς ἐπιπέτοις πῦρος τὰ δ' ὕδατα τὰ βαδισέει. Vt enim pedibus ita & spebus ad possibilia eundum est.

4. Cum medium ipsum, quod est uirtus à duobus extremis æqualiter remota attingere difficile sit; satius est in eam partem delinquere, ut minus faciamus, quàm ut nimium, Ecclesiast: 7. Ne plus sapias, quàm necesse est.

## CAPVT XXXVIII.

**F**lli mi, attentè considera, quid con-  
ducatur corpori tuo, & quid lædat  
ualetudinem tuam, eo non utaris. Ne-  
que enim quæuis quibusuis conducunt,  
deinde nec quisquis quolibet cibo delectatur.

Nec

Nec oppleas te quibusuis cibis laudis, neque auide uores, Nam uoracitas ægritudinem conciliat, & in exaturabilis helluo uexatur torminibus.

Plerique enectri sunt crapula, qui autem moderate uiuit, longæuus erit.

Honora medicum digno munere, ut utaris eo in necessitate, Nam Dominus eum creauit, & medicina ab Altissimo exorta est, & Reges honorant eum. Ars medici exaltat ipsum, & facit eum magnum apud Principes & Magnates.

Dominus medicamina & remedia ex terra produxit, & prudens non aspernatur ea, Nam & aqua amara indulcata est, immisso ligno, ut cognosceretur uirtus eius, Et hanc artem dedit hominibus, ut laudaretur, celebrareturque in mirabilibus suis, his enim sanat & sedat dolores, & aromatarius remedia ex illis conficit. In summa, opera Dei omnia enumerari non possunt.

V 5 sunt,

sunt, & ipse dat omne quod usquam bonum est in terra.

Fili mi si agrotaueris hoc ne contemne. Ora Dominum, & sanabit te.

Desine à peccato, manus tuas emunda, & cor tuum purifica ab omni peccato. Adole odorem suauem, & siculam, & holocaustum pingue offer, quasi iam è uita discessurus. Deinde adhibe medicum, Nam Dominus creauit eum, & ne dimittas eum, cum adeo opera eius indigeas.

Potest hora incidere, ut ægroto tantum per illos succurratur, quando Dominum orant ut restituant eum, & ut seruetur ad uiuendum diutius.

Qui coram creatore suo peccat, hic incidet in manus medicí.

Fili mi, si quem contigerit mori deplora & luge eum, ut in dolore acerbo, & circumligato corpus eius, & honeste cura sepeliendum. Lachrymis indulge & luge ex animo diem unum aut alterum, ne homines male loquantur

tur de te. Sed tamen consolatione rursum erige te, ne mœrore nimium opprimaris, Nam ex mœrore animi uenit mors, & mœsticia cordis debilitat uires.

Tristitia & inopia discrutiant cor in hora tentationis, & facile peccat.

Ne des locum tristitiæ in corde tuo, sed expelle eam, & cogita de fine, neq; obliuiscaris. Nam ex morte non est reditus. Ipsi quidem nihil prodest, & tibi nocet. Memento quemadmodum ipse mortuus est: ita & tibi moriendum est, Mihi heri, hodie tibi.

Cum nunc mortuus sit in requie, nunc desine meminisse doloris, & consolare te ipsum super eo, cum spiritus eius hinc euolarit.

**D**E CURA TVENDÆ VALETVDINIS præcipit, quæ est uirtus, V. præcepti. Non enim minus sunt Homicidæ, qui proprium corpus, quod est opus & domicilium Dei, & organum actionum diuinarum, crapula uel inebriitate corrumpunt & extinguunt, quàm qui aliorum



orum corporibus uiolentas manus inferunt. Et Deus iubet, non tantum conseruare uires corporis, uerum etiam honore afficere, hoc est, propter Deum authorem reuerenter curare & magnificere corpus, tanquam excellens donum & organum Dei, continens plurima sapientiæ & bonitatis diuinæ testimonia, singularum partium, cerebri, cordis, uentriculi, oculorum, manuum &c. constructioni, situi, collocaioni, figuræ, functionibus impressa: & conditum ad usus diuinos, ut uera Dei notitia & celebratio ac laudes Dei, & omnium uirtutum Deo. placentium, imagines in eo luceant. Propter hanc causam diligentiore cura naturales uires & sanitatem corporum nostrorum tueamur. Primum notitia earum rerum, quæ nostro corpori conducunt uel obsunt. Medici res non naturales nominant, aërem, cibum & potum, exercitationem corporis & quietem, somnum & uigiliam, euacuationes, & affectus. Deinde Diæta seu temperanti & moderato usui cibi & potus uitante belluaciones, ingluuiem, & crapulam, qua multo plures quam gladio interficiuntur. Adolescentes hæc duo dicta tanquam Regulas tuendæ ualeitudinis meminerint, alterum Chrysofostomi. ἢ ἀντάρκεια καὶ ἔσση ὄστὶ καὶ ἡδονὴ ἐν ὑγιείᾳ. τὸ δὲ πλεον λυμὴ καὶ ἀνομιὰ καὶ νόσος. Tantum comedere & bibere, quantum satis est & nutrit corpora & uoluptate afficit

feit & sine conseruat. Nimum autem & perniciem adfert corpori & insuauis est, & morbos generat. Alterum Celsi: Multi magni morbi abstinentia & quiete arcentur & curantur. Congruit cum Platonis Timeo. Ὅταν ἕξ παρὰ πλὴν ἐμαρμύλλῃ τῷ ἁέρον φθειρὶ φαρμακείαις, ἅμα ἐκ μικρῶν μεγάλα καὶ πολλὰ ἔξ ὀλίγων νοσήματα εὐλῆ γίνεσθαι. Διὸ παιδάγωγῶν δ' ἔδιδάτταε πάντα τὰ τοιαῦτα. Cum quis præter fatum corpus Pharmacia corrumpit, simul ex paruis magni & ex paucis multi morbi oriri solent. Ideo diæta conueniente initia morborum curare oportet.

Cum autem morbis afflicta est ualeitudo corporis nostri, talem curam instituere Syracides docet, ut I. Causam morborum principalem uidelicet, peccatum seria pœnitentia & fide ex cordibus nostris tollamus. Deinde ardentibus uotis ad ἀρχιῶ ἔσση Filium Dei confugiamus & ab eo auxilium & depulsionem morbi petamus, & Sacerdotes quoq; & alios pios oremus, ut Deum pro nobis precentur. Tertio remedijs morborum à Deo conditis & consilio ac ope medici utamur. Hac occasione insignem Artis medicæ laudationem intexit, quæ in bonis mentibus amorem & reuerentiam erga hanc artem haud dubie auget. Honora Medicum, propter necessitatem enim

enim Dominus Deus creauit eum, à Deo est omnis Medicina & Reges eum honorabunt. Ars Medici exaltat caput eius & apud Principes facit eum magnum. Altissimus, de terra creauit remedia & uir prudens uetur eis. Et dedit Hominibus hanc artem altissimus, us ipse laudetur & celebretur in mirabilibus suis, &c. Vniuersum enim hoc theatrum naturæ rerum, cœli, aëris, animantium, plantarum, animæ & corporum humanorum, quod considerant & euoluunt Medici, clarissima præsentia, sapientiæ, bonitatis & prouidentie diuinæ testimonia continet: Quæ Deus uult aspicere, ut ipsum agnoscamus, & remedia inde petamus ad uitæ prorogationem: quæ ideo expetenda est ut ueram Dei notitiam & aliarum rerum bonarum doctrinam latius spargere & usu confirmare possimus, ut scriptum est. Non moriar sed uiuam & narrabo opera Domini. Item. Non mortui laudabunt te Domine.

Huic summo operi seruit Ars Medica & tota uarietas remediorum diuinitus proposita in reum natura.

Est igitur suus cuiq; arti locus, suus honos tribuendus est, tamen pietas Deo debita est, eam artem magnifacere, in qua amplissima & gratissima de Deo fama sparsa est, & quæ expressa uoce diuina laudatur, quod à Deo authore profecta sit.

est sit. Impossibile enim fuisset humano ingenio, tantam scientiæ uarietatem complecti, ut considerationem corporum cœlestium quæ hanc inferiorem naturam uarie afficiunt & temperant, Inspectionem fabricæ humani corporis, ut iuxta oraculum nos ipsos agnoscamus. Tot morborum genera & singulorum causas & συμπτώματα, Naturam animantium omnium, & infinitam uarietatem herbarum & uirium quas singulis Deus attribuit, ita ut aliæ herbe alijs membris opitulentur ut amaracus, salua, cerebro: feniculum oculis: Hyssopus, Helenium, pectori: Melissi, pulegium, cartemisia, matrici: Eupatorum Epati, &c. Non igitur dubium est Deum ipsum primis parentibus uires plantarum & remedia monstrasse, quæ deinceps per manus posteris tradita sunt. Et postea donum medendi Apostolis datum est. Et apparet unctionem egrotorum, medicam curam fuisse, sicut descriptio in Iacobo prorsus cum hoc Syracidis loco congruit, qui iubet egrotum primo ad Deum confugere, postea quærere præsidia diuinitus monstrata.

Veteres etiam illi Sapientes, Medicinam à Dijs acceptam esse senserunt. Ideo Apollinem & Æsculapium in Deorum numerū retulerunt. Et apud Homerum Machaon & Podalirius filij Æsculapij dicuntur. Et uulnerato Machaone Iliados Ἰδομενεὺς ad Νεστωρὸς inquit:

Εἰς Ἰν Ἰὸς ἀνὴρ πολλαὶ ἐνταξίως ἄλλω, id est,  
Vir Medicus multis alijs præstantior unus.

Sed hæc Ethnica omittamus, cum expressum uocis diuinæ testimonium in conspectu sit, quod quidem iubet honorare Medicum, Tribuitur autem honos præstantibus & diuinis donis, & postea inquit, AREGIBVS honorari Medicos, ut apud Ezechiam in honore est Esaias Prophetæ Medicus, Apud Darium Democedes Crotonates in tertio Herodoti, qui in patriam ingenti Thesaurο onustus remittitur. Apud Alexandrum Magnum Philippus Medicus, quem cum Sycophantæ aulici, inuidentes ipsi eam auctoritatem apud Regem, accusassent apud Alexandrum, quod instructu Darij uenenum ipsi daturus esset, nihilominus eum clementissime complexus est, Quia fidem ipsius perspectam habebat. Apud Antigonum Asiæ Regem Diocles & Philippus Epirotas, de quo nota est historia. Quomodo Regis amicum Hydrops laborantem curare instituerit. Apud Antonium Cesarem Galenus, apud Augustum, Antonius Musa, apud Carolum V. Vesalius. Ex hisce iudicijs Sapientis: Principum medicinæ dignitas conspici potest. Sed illustrissimum Sapientie diuinæ testimonium quod hoc in loco Syracides recitat.

VUTILITAS uero in tuenda & restituenda sanitate omnibus nota est. Nam per omnia  
omnium

omnium ætatum gradus utimur artis Medicæ beneficij innumerabilibus, sicut uox diuina inquit: Honora Medicum, propter necessitatem enim creauit eum altissimus.

Est & Methodus seu ordo & series partium doctrinæ Medicæ testimonium Sapientie diuinæ & dignitatis ac certitudinis & immensæ uarietatis optimarum rerum, quas hæc scientia complectitur, cuius primæ partes QUATUOR sunt.

Φυσιολογικὴ seu Ἀνατομικὴ.

Διηολογικὴ,

Θεραπευτικὴ.

Διαπικτικὴ.

Physiologicæ seu considerationis nature humani corporis Loci præcipui sex sunt.

I. Elementa seu prima & communia rerum omnium pincipia.

II. TEMPERAMENTA.

III. Humores Quatuor.

IIII. PARTES humani corporis solidæ.

Similares nouem, ut Caro, Ossa in toto corpore 304. Chartilago, Neruus, Chorda, Ligamentum, Vena, arteria, Membrana.

Dissimilares & organica, ut Cerebrum, cor, iecur, uentriculus, pulmones, manus, pedes &c.

V. Facultates & actiones naturales, uitales, & animales,

VI. Spiritus animales &amp; vitales.

Αἰολογικὴ MORBORVM omnium nomina, descriptiones, signa, CAVSAS & Symptomata explicat.

Ἐφαπιδύμῃ curationes morborum adhibitis remedijs seu Medicamentis idoneis ostendit. Quae uel simplicia sunt, Quorum materiae ab herbis uel alijs Plantis uel animantibus, uel terra & metallis, uel aqua & mari sumuntur. Atq; haec pars Medicinæ totam stirpium seu arborum et Herbarum, & Animalium, & totius fere rerum naturæ Historiam uberrimam & iucundissimam complectitur.

Vel ex simplicibus composita sunt. Et uel intra corpus sumuntur, ut Pillule seu Catapota, Syrupi seu Serapia, Iuleb seu Zulapia, Decocta, Ecligmata, Gargarismi. Antidota ut Theriaca, Pulueres, Clysteres, pessi &c. Vel extrinsecus adhibentur, ut Emplastra, unguenta, Sacculi, Embrochæ, Infectiones &c.

Διαιτητικῆς seu ὑγιεινῆς LOCI præcipui sex res non naturales, ut uulgo uocantur, quæ uidelicet non sunt partes naturæ corporum nostrorum, sed tamen ad conseruationem corporis necessariæ sunt, & recte ac commode usurpatæ bonam ualeitudinem tuentur. Immoderate uero aut peruerse adhibite corrumpunt. 1. Aër 2. Cibus & potus. 3. Exercitatio & quies. 4. Somnus

& uigilia. 5. Euacuatio & retentio. 6. Affectus.

Fili mi, si quem contigerit mori deplorare & luge eum.

Posterior pars 38. capituli de Luctu in morte Amicorum moderando præcipit. 1. Quia nihil profit mortuo. 2. Quia ledat ualeitudinem & uitam lugentis. Nam tristitia multos occidit & utilitas non est in ea. 3. Quia mors omnibus communis sit, nec quidquam peculiariter in uno lugeri debeat quod omnibus sine ulla exceptione accidit. 4. Quia pijs mortuis bene sit in uita beata. Nam beati sunt mortui, qui in Domino moriuntur à modo, ut requiescant à laboribus suis. Confer Epistolam Senecæ centesimam.

## CAPVT XXXIX.

Qui scripturam discere debet, non potest uacare alijs rebus. Et qui docendus est, huic faciendum est liberale ocium. Quomodo literis & studijs incumbere potest qui stiuam aratri tenet, quiq; mauult flagro boues agere, & similibus operibus occupatur, & nihil nouit quam de bo-

X 2 bus

bus loqui? Huic cogitandum est de agricultura, quomodo mane & uesperari pascat foeno uaccas suas.

Sic & fabri, qui diu noctuq; laborant, & statuas sculpunt, & operam dant, ut uaria opera absoluant, illis cogitandum est, ut præstent artifices, & diu noctuq; admittendum, ut fabreficiant quæ instituerunt.

Ita & faber ferrarius incudem & officinam suam curat, hic defatigatur ab igne, & delassatur ab æstu fornacis, tinnitus malleorum ferit aures eius, & attentus incumbit, ut opus absoluat, & cogitandum est illi, quomodo perficiat, & mane ac uesperi annitendum, ut illud pulchre perpoliat.

Ita & figulum oportet incumbere labori suo, rotamq; cogitur impellere pedibus, & singulari cura quadam fingere opus suum, habetq; certas operas diurnas. Brachijs suis opus ex luto fingit, & subinde incuruando se, delassatur, Cogitandum est illi, quomodo pul-

do pulchre opera sua uitro incrustet, & mane ac uesperari fornacem purget.

Hi omnes artificijs suis dant operam, & quilibet admittitur, ut suum artificium calleat. Homines in urbibus illis ægre carent. Sed in legationibus hi mitti non possunt, nam publica munera obire nequeunt, nec ad gubernandam Rempub: satis apti sunt, Sotertiam aut intellectum non habent, ad docendam scripturam, aut ad prædicandum iudicium & iusticiam, Sententias sapientum legere non possunt, sed coguntur operam dare rei familiaris, neque aliquid cogitant amplius, quàm ut labore suo aliquid lucrentur.

Qui autem in hoc incumbit, ut discat legem Altissimi, huic perscrutanda est sapientia omnium ueterum, huic perlegendi sunt libri Prophetarum, hunc oportet attendere ad gesta clarorum hominum, & meditari quid sibi uelint aut doceant; Hic oportet disc-

cat sententias spirituales, & in profundis sermonibus se exerceat. Hic inseruere poterit Principibus, & uersari apud magnates. Hic legatus mitti poterit in externa Regna. Nam periculum fecit apud homines, ecquid ualeat uel non ualeat quid obsit, prosit, quid expediat uel non expediat. Hic cogitat quomodo mane surgat ad querendum Dominum, qui creauit eum, & quomodo oret coram Altissimo. Hic quidem os suum magna fiducia aperit, & orat pro peccatis totius populi. Et quando ita placatus est Dominus, tunc dat ei spiritum sapientiae copulenter, ut consilium sapiens, & doctrinam possit tradere potenter, pro quo & Domino gratias agit in orationibus suis. Et Dominus dat consilijs & doctrinae eius foelicem successum. Et hic primum apud se omnia praemeditatur. Deinde suam in medium affert sententiam & doctrinam, eamque confirmat scripturis sanctis. Et multi admirantur sapientiam

ciam

tiam eius atque illa interibit nunquam, nulla erit illius uiri obliuio, & nomen eius durat a generatione in generationem. Quicquid ille docuerit latius propagabitur, & Ecclesia illum celebrabit. Interim quod uiuit, nomen habet clarius quam alij mille, & post mortem manet fama eius.

**D**E VITA SCHOLASTICA SEV  
STVDII LITERARVM, DOCTRINAE DE DEO LEGVM ET  
ARTIVM BONARVM CONCIONATVR. Quas scimus eximia & singularia Dei dona, & ex Sapientiae & ueritatis diuinae radijs in mentes hominum transfusis, & affectione ordinis & naturae rerum a Deo conditarum extractas esse, ut duces ad Dei agnitionem, & uitae humanae praesidia & rectrices sint, sicut in proxime praecedenti capite de arte Medica discrete dictum est.

Ideo DEVS ipse seuerissime nobis mandauit, ut literas, linguas & Artes, a se generi humano uelut expressissima sapientiae & bonitatis diuinae specula, & maximarum utilitatum causa monstratas discamus.

i. Timoth. 4. Attende lectioni & doctrinae.  
Titum 3. Discant & nostri bonas Artes, ut bonis operibus seu functionibus Reipub: praesse possint, ne fiant infrugifere. Titum 1. Doctor Ecclesiae sit tenax uerae doctrinae, qui & exhortari possit per doctrinam sanam & contradicentes conuincere.

Manifestum est autem ueram de Deo doctrinam in libris Prophetarum & Apostolorum toti humano generi uelut normam fidei & totius uitae ad discendum propositam, ne quidem legi, multo minus intelligi, & alijs praelegi, & explicari, & in certaminibus ueram illius sententiam defendi posse, sine cognitione literarum, linguarum & multarum artium quae in Scholis traduntur. Nec leges honestae primum condi, nec reitineri & explicari, nec iudicia regi & conseruari sine literis & multiplici doctrina potuerunt.

Priuatim uero singulis summae utilitatis & commoda ex studijs literarum accedunt.

Ars Medica amplissimam cognitionem naturae humanae, plantarum & animantium complectitur & ualitudinem corporum de pulsio morbis & uitam hominum tuetur.

Doctrina Iuris disciplinam & pacem in Reipub: conseruat, dum controuersias ciuium iure & Legibus dirimit ac componit. Linguarum Latinae, Graecae & Ebraeae cognitio ad lectionem

Pro-

Prophetarum & Apostolorum, ad Historias & omnium Artium praecipuos scriptores intelligentes necessaria est.

Arithmetica & in motuum caelestium computatione, & in omnibus uitae generibus, in Oeconomia in Politijs, in Mercatura, in bello & pace necessaria est.

Doctrina Ethica, & Exempla uirtutum in historijs proposita, communem hominum uitam & mores honeste regunt. De hac utilitate Cicero inquit, Nam nisi mihi ab Adolefcentia suafissem nihil esse in uita homini magno opere expectandum, nisi laudem & honestatem &c. Dialectica in discendis ac docendis omnibus caeteris Artibus magno usui est.

Eloquentia coetus hominum, consilia principum & praecipua uitae negotia gubernat.

Dei quoque nulla Ars est, quae non insignem aliquam utilitatem generi humano adferat.

Nec ulla dulcior & uerior uoluptas est, quam doctrina & consideratio rerum bonarum, ut Dei, uirtutum, motuum caelestium, Elementorum, plantarum, animantium & praecipue animae & corporis humani, &c. quae in bonis artibus aperiantur et explicantur, ut uerissime Aristoteles dixit. ἡ σοφία δαυμααδὰς ἡδονὰς ἔχει τῆ κατὰ πρότερον καὶ τῶ βεβαιῶ, id est, Sapientia admirabiles uoluptates & omnium purissimas & firmissimas

X 5 adfert.

adfert. Deniq; præcipuum decus & maximus proprium hominum sunt Doctrina & literæ: quo præcipue reliquis animantibus antecellunt, & proxime ad cognationem & similitudinem Dei accedunt, ut Aristoteles interrogatus, Quid differant Docti ab indoctis, respondit, idem quod uiuunt à mortuis.

Itaq; omnibus temporibus sapientissimi homines, & laudatissimi Reges ac Principes studia literarum amarunt & coluerunt, & uelut eximia & singularia ornamenta rerum publicarum, magna liberalitate & illustribus præmijs excitauerunt & ornauerunt, Vt Ioseph, Dauid, Nabuchodonosor, Alexander Magnus, Ptolemæus Philadelphus, Iulius Cæsar, Constantinus, Theodosius, Carolus Magnus &c. Quare uicissim beneficio literarum immortale nomen & gloriam sempiternam assecuti sunt.

Hac uera dignitate & utilitatibus ac causis grauissimis, quæ singulos ad studia literarum & Artium honestarum reuerenter colenda impellere debent, primum consideratis: Syracidæ concio legatur, quatuor commonesactiones præcipue complectens.

Primum monet, Scholasticis ad literarum studia destinatis, concedendum esse liberale ocium, ut huic summo & omnium præstantissimo labori, uidelicet, discendæ ueræ de Deo doctrinæ & luci

diuino

diuino ac humano, & cæteris artibus ac linguis ad illius explicationem & propagationem necessarijs, uacare & incumbere possint. Itaq; uocem habent οἰασι ab ocio, non ignaui et inertis, quod omni cura & negotio uacat, Sed immusi & libero à sordibus & illiberalibus curis & laboribus corporum, ut animus uni illi summo et sanctissimo labori docendi & discendi intentus esse possit. De quo literario ocio studiosi Epistolam Plinij ad Minutium meminerint. In Laurentino meo aut lego aliquid, aut scribo, aut etiam corpori uacuo, cuius futuris animus sustinetur. Nihil audio, quod audiisse, nihil dico, quod dixisse pœniteat. Neminem reprehendo, nisi unum me, cum parum commode scribo. Mecum tantum & cum libellis loquor. O dulce ocium, honestumq; ac pene omni negotio pulchrius. Proinde tu quoq; strepitum istum, inaneq; discursum, & multum ineptos labores relinque, teq; studijs uel ocio trade. Satius est enim, ut Attilius noster eruditissime simul & facetissime me dixit, ociosum esse, quam nihil agere.

Meminerunt etiam studiosi hoc in loco argumenti usitati solutionem.

Vita ociosa nec Deo placet, nec utilis est hominibus.

Academia, in quibus docentur literæ, sunt cæcæ uis hominum ociosorum, & pierunq; etiam petulantium & turpium nebulonum quales ferè efficit ocium, ut dicitur, Homines nihil agendo male agere discunt.

Ergo



Ergo Academiæ nec Deo placent, nec utiles sunt Rebuspublicis. Respon: Nego consequentiam & ratio est. Quia est fallacia equiuocationis. Aliud enim significat, Ocium in maiore uidelicet cessationem ab omni cura & labore honesto. Aliud in minore, ubi ocium significat uacare studijs literarum & bonarum artium. Hoc ocium ingens & difficilis labor animi est & expressa uoce Dei mandatus cum inquit, Attende lectioni & Doctrinæ, Deinde ad Maiorem respondeo, A per accidens ad per se non ualet consequentia. Etsi enim in Academijs aliqui se Scholasticorum titulo uenditant, qui ocium plane ignauum & uoluptates ac libidines sectentur, aut etiam uelut Cyclopes tumultuentur, tamen multi in cœtibus Scholarum sunt attente & sedulo incumbentes studijs bonarum artium et modeste ac caste uiuentes. Nec propter quorundam literatorum mores uiciosos, ipsa professio & cultura literarum uel genus uitæ Scholasticum utuperari aut reprehendi debet.

Secundo, Antisthenes instituit Syracides hominum doctorum & sapientum, & opificum, agricolarum, sculptorum, fabrorum & figulorum. Harum artium Mechanicarum præsidio, etsi uitæ communis carere non potest: Tamen in publica gubernatione Ecclesiæ & Reipublicæ, in propagatione ueræ de Deo doctrinæ, in dando consilio

Reu

Reipublicæ, in regendis iudicijs, in legationibus ad exteras gentes, & alijs officijs publicis, nullæ opificum illorum partes esse possunt. Sed doctrina & sapientia eruditorum negotia illa regi necesse est.

Tertio, De causis efficientibus doctrinæ & sapientiæ salutaris & foelicium in gubernatione successuum, monet, tres causas concurrere. Inuocationem Dei quotidianam & ardentem, qua petamus, ut ipse nos doceat & salutaria consilia & successus largiatur, ut Luc. xi dicitur. Quanto magis pater noster cœlestis dabit Spiritum sanctum petentibus. Et nota est precatio.

Συμβῆλλον ἀγαθὸν καὶ ἀφορμὴ εὐτυχίας  
Συμβουλεύεται ἔμοι δός πατρὸς αἰδής.

Consilium sapiens, occasio commoda, felix

Exitus, unius sunt tria dona Dei.

II. Studium & diligentiam in discendo & perlegendis libris Prophetarum & omnium ueterum & inuestigandis salutaribus consilijs, præstantem intentionem animi, cogitationem, curam, & circumspeditionem necessariam, ut hic inquit. Primum apud se omnia præmeditatur, Deinde suam in medium affert sententiam, ut Cicero scribit, se nunquam ad dicendum nisi diligenter præmeditatum accessisse. Et Demosthenes cum ei obijceretur quod ad lucernam prius scriberet Orationes quas habiturus esset, dixit, se, si possit non

non modo scripta uerumetiam sculpta dicturum esse. Quia improbum ciuem esse iudicaret, qui de maximis rebus dicere, & consilium dare Republicæ auderet re non diu antea multumq; cogitata.

III. Auxilium Dei dantis euentus optatos & felices, Ne labor in Domino noster inanis eat.

Quarta commune factio est de Gloria immortali, quam doctrina & sapientia suis cultoribus ut Moyse, Dauidi, Salomoni, Danieli &c. & apud Ethnicos Soloni, Thaleti, Platoni, Aristoteli, Ciceroni &c. peperit.

Nil non mortale tenemus pectoris exceptis ingenijq; bonis.

## CAPVT XL.

**H**Abeo adhuc plura, quæ dicam, Nam sum instar Lunæ plenæ, Obedite mihi, filij sancti, & crescite sicut rosæ plantatæ ad riuulos aquarum, & spargite odorem suauem instar thuris. Florescite sicut lilia, ut frangatiam detis odoris. Magnifice caritate & laudate Dominum, in omnibus operibus suis, celebrate eius nom

men

men iubilo, laudate, gratias agite, cantando & tinniendo, dicentes:

Omnia opera Domini sunt ualde bona, & quicquid ipse mandat, hoc fit suo tempore & momento. Non est, ut quisquam dicat, Ad quid istud? Nam suo tempore ueniunt, omniaq; optata excellunt, Sicut & illius mandato aquæ instar muri stabant, & uerbo eius stabant torrentes, quasi inclusi tenerentur, Nam quicquid ipse suo mandato efficit, hoc iucundum est ualde, & cum ipse auxiliatur, non est ut conueniri possis deesse aliquid.

Omnia opera hominum coram ipso, & coram oculis eius nihil est absconditum, Ipse omnia uidet ab initio mundi usq; ad finem, & coram ipso nihil est noui. Non est, ut dicas, At quid prodest hoc? Nam singula creauit, ut aliquis sit usus illorum.

Benedictio eius, errans fluit instar torrentis, & terram potat instar diluuij. Econtra, Ira eius ferit gentes, non aliter

aliter

aliter atq; terram fluuijs irriguam exarefcere linat.

Opera eius apud sanctos iufta sunt, fed impij his offenduntur. Omne quod ab initio creatum eft, bonum eft pijs, impijs uero noxium.

Homini ad uſum uitæ neceſſaria ſunt, aqua, ignis, ferrum, ſal, farina, mel, lac, uinum, oleum, ueſtes, Hæc omnia pijs cedunt in bonum impijs uero ad damnum.

Ventorum etiam aliqui creati ſunt ad nocendum, ad ultionem, & ſuo impetu damnum dant, Et quando impendet calamitas, tum tumultuantur & terras turbine perflant, & iram exequentur eius, qui creauit eos.

Ignis, grando, fames, mors, hæc omnia ad ultionem creata ſunt. Beſtiae, ſcorpiones, ſerpentes, gladius, ſunt etiam creata ad ultionem, ad perdendos impijs. Quafi gaudentes grauer perficiunt, mandatum eius, & prompti ſunt, ſi quando Deus opera eorum

uti

uti uult ſuper terram, Et cum uenerit horula illa, non deſinunt.

Hoc eſt quod inſtitui ſcribere, Nimirum, quod omnia opera Dei bona ſunt, & quodlibet ſuo tempore utile eſt, ut nō poſſit quiſquam dicere, Non omnia bona ſunt, Nam ſingula ſuo tempore precioliſſima ſunt. Ideo laudandum eſt nomen Domini, & agenda gratia, corde & ore.

Admodum ærumnoſa, & miſera uita eſt hominum, inde ab utero matris, donec ſepeliantur in terra, quæ mater eſt omnium. Ibi perpetua eſt ſollicitudo, cura, ſpes, metus, tãdem mors, cum apud florentes honoribus, tum etiam apud uiliſſimos homines ſuper terram, cum apud eos, qui diademate & purpura ſunt inſigniti, tum & apud indutos ueſte uiliſſima. Ibi perpetuæ ſunt iræ, æmulationes, contentiones, rixæ, pericula mortis, inuidiæ & diſſidia, & cum quis noctu in lecto ſuo quieſcere & dormire cogitat, uariæ

Y

exer

exercent eum cogitationes. Vt maxime consopiat non nihil, tamen frustra est, Nam exterretur somnijs suis, quasi uideat hostes aduenientes. Et cum expergiscitur, uidetq; se in tuto esse, affectus est quasi liberatus ab hostibus in fuga, & mire lætatur, timorem hunc inanem fuisse. Hoc quidem accidit omni carni, hominibus, & iumentis, sed impijs septuplo magis.

Mors, sanguis, rixæ, gladius, calamitas, fames, perditio & afflictiones, Hæc omnia ordinata sunt contra impios, Nam & diluuium propter ipsos uenit.

**D**Vos insignes locos continet. I. est GRÆTIARVM ACTIO & Confessio de PROVIDENTIA DEI, agnoscens uerè esse Deum, sapientem, bonum, omnipotentem, iustum & undicem, fontem omnis boni: qui res omnes ad certos fines & usus pijs salutare condiderit & conferuet, & omnia omnium hominum pectora, dicta & facta uideat: & omnia que hominibus eueniunt bona & mala, non temere aut inique ferri sinat, sed sapientissime & iustissime guberna

gubernet: ut pijs omnia in bonum & salutem cedant. Impios uerò pœnis presentibus & æternis obruat. Hec qualiscunq; descriptio est Providentiæ Dei: cuius celebratio, quam Syracides hoc in loco instituit, affirmans omnia opera Dei bona esse, congruit cum usitato Psalmi uersiculo. Confitemini Domino quoniam bonus. Et Genes. i. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona: Ex quo dicto erudita boni creati definitio sumi potest, quod sit res à Deo condita & Deo placens, & ordinata ad certos usus seu fines quos Deus approbat.

Pueri etiam Platonis dictum meminerint, πολιταῶν. β. κακῶν δὲ αἴτιον φᾶναι θεῶν ἕνεκα γίνεσθαι ἀγαθῶν ὄντα, διαμαχετέον παντὶ ἔσπερ, μήτε ἕνα τάντα λέγειν ἢ τῆ αὐτοῦ πόλει εἰ μέλλει ἕνωμῆσεσθαι. μήτε ἕνα ἀκούειν, μήτε νεώτερον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἢ μέτρον, μήτε ἀνθὶ μέτρον μυθολογόντα, ὡς οὐδ' ὅστις ἄν λεγόμενον εἰ λέγοιτο, οὔτε ἕμφορὰ ἡμῖν οὔτε σύμφωνα αὐτὰ αὐτοῦτος. Omnitentione pugnandum est, ne quis in ciuitate quam bene regi uolumus, uel dicat, uel audiat, seu senex, seu iuuenis, seu in poëmate, seu in alia narratione Deum causam alicui esse malorum. Quod neq; sanctè ita dici potest, neq; utile est ciuitati, nec secum consentit in explicatione.

Admodum ærumnosa, & misera  
uita est hominum, inde ab utero ma-  
tris.

Altera pars DE MISERIIS VITÆ  
HUMANÆ ET tristissimis calamitatibus &  
ærumnis omnium hominum concionatur: Quis  
cum intuemur, simul etiam de causa illarum, vi-  
delicet Peccato, & de liberatore Filio Dei cogi-  
temus: & consideratione ingentis imbecillitatis  
& fragilitatis omnium rerum humanarum, fle-  
etamus animos nostros ad Modestiam & Timo-  
rem Dei. Et sciamus præstantem hanc hominum  
naturam, radijs Sapientiæ & Iustitiæ diuinæ illu-  
stratam, & sanguine Filij Dei redemptam, non ad  
tristem hanc præsentis uitæ carnificinam, nec ad  
perpetuas miserias conditam esse, sed aliam me-  
liorem uitam & portum aternæ & beatæ cum  
Deo consuetudinis restare. Meminerint etiam in-  
uiores insignia dicta, quæ humanæ naturæ fragi-  
litem & miseriam describunt. Psal. 103. Homo  
sicut scœnū, dies eius tanq̄ flos agri sic efflorescunt.  
Heu mihi mortales quid sunt & quid uita caduca &  
Occidæ mortis nil nisi principium.

Χρὸς, σκιά, φᾶσμα, δρόσος, πνοή, πῶρος,  
(ἀτμίς, ὄναρ).

Ὀιδμα, ῥόος, νεὸς ἰχνιον, ἄυρα, κονίς.

Ros, uapor, umbra, tumor, puluis, nix, somnia, su-  
mi, Spea

spectrum, pluma, ratis transitus, aura, cinis.

Plinius lib. 7. Incertum ac fragile nimirum  
est hoc munus naturæ, quicquid datur nobis: ma-  
lignum uero & breue etiam in ijs, quibus lar-  
gissime contingit, uniuersum utiq; æui tempus in-  
tuentibus. Quid, quod æstimatione nocturnæ quie-  
tis, dimidio quisq; spatio uitæ suæ uiuit & pars æ-  
qua morti similis exigitur, aut pœnæ, nisi contin-  
git quies. Nec reputantur infantia anni qui sen-  
su carent, non senectæ in pœnam uiuacis. Tot pe-  
riculorum genera, tot morbi, tot mctus, tot curæ,  
toties inuocata morte, ut nullum frequentius sit  
uotum. Natura uero nihil hominibus breuitate  
uitæ præstitit melius. Hebescunt sensus, membra  
torpent, præmoritur uisus, auditus, incessus, den-  
tes etiam ac ciborum instrumenta, & tamen uita  
hoc tempus annumeratur.

Euripides in Oreste.

Ὀὐκ ἔστιν οὐδέμ δεινὸν ὧ δ' εἰ πῆρ' ἐπ' ὄ,  
οὐδὲ πάλιν ὄ, οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατ' ὄ.  
ἦς οὐκ ἔμ' ἄρετ' ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

## CAPVT XLII.

Omne quod ex terra est, rursus in  
terram redit, quemadmodum &  
omnia flumina in Mare refluunt.

Y 3 Omnia

Omnis corruptela munerum, & opes malè partæ, intereunt, sed ueritas manet in æternum.

Opes impiorum deficiunt, non aliter atq; riuus exciccatur, & sicut fragor tonitruui consilefcit in medio imbre.

Lætantur quam diu accipiunt munerera, sed tandem ipsi euertuntur.

Posteritas impiorum carebit ramis, & radix impiorum in petra arida. Et etiã si in irriguo steterint, tamen eradicabuntur antequam maturifcant.

Pie autem uiuere, est, sicut hortus benedictus à Domino, & misericordia manebit in æternum.

Qui ex laboribus suis uiuit, & contentus est, hic uitam habet tranquillam, hoc est inuenire thesaurum super thesauros omnes.

Procreare liberos, & urbem excolere ac munire, memoriam parit perpetuam, At mulier honesta, utroq; præstantior.

Vinum

Vinum & Musica exhilarant cor, at sapientia iucundior est utroq;.

Tibix & citharæ suauem dant sonum, at sermo amicus iucundior est utroq;.

Oculus tuus libenter inspicit ea, quæ formosa & pulchra sunt, Florens ager iucundior est utroq;.

Amicus amicum inuisit tempore necessitatis, At coniuges multo magis.

Frater fratrem adiuuat rebus afflictis, at misericordia multo magis.

Aurum & argentum sustentant uirum, at multo magis consilium bonum.

Pecunia & opes animum addunt, at multo magis timor Domini.

Timor Domini non destituitur ulla re, nec indiget auxilio hominum.

Timor Domini hortus est benedictus, & longe amcenissimus, neque quicquam est amcenius.

Fili mi, ne dedas te studio mendicandi,

Y 4 candi,

candi. Melius est mori, quam mendicare.

Qui aliena mensa uiuere cogitat, hic non moratur honestam rationem querendi uictus, nam cogitur propter alienum cibum peccare. Sed hoc studeat cauere uir prudens. Panis emendicatus bene sapit ori impudenti, Sed hinc tandem periculosa febris corripitur.

O mors quam amara est memoria tui, apud hominem utentem rebus secundis & opulentum, quem nullę curę premunt, qui a cibo nondum abhorret.

O mors quam dulcis es egenti, qui ualeudinarius est & senex, qui cura immerfus iacet, nec melius sperare habet.

Noli timere mortem, Cogita quod ita ordinatum est a Domino, super omnem carnem, cum eorum, qui ante te fuerunt, tum etiam, qui post uenturi sunt, Et quid opponeres te uolun-

tau

tati Dei, siue decem, siue centum, siue mille annis uiuas? Nam in morte non quæritur, quam diu aliquis uiixerit.

QUATVOR LOCOS PRÆcipuos continet.

I. Doctrina primi & VII. Præcepti amplificata expolitione similibus & antithesi. Impij αὐτὸν ποικιλῶσιν, id est, possidentes opes male paratas, horribiliter a Deo puniuntur & peribunt. Pijs uero, labores manuum suarum manducantibus, & contentis presenti bono, bene erit in omni æternitate. Congruit cum Psal. 36. Noli emulari in malignantibus, & Psal. III. Beatus uir qui timet Dominum: Gloria & diuitie in domo eius.

Procreare liberos & urbem.

Secunda pars capitis, Nihil pulchrius & præstantius esse uero TIMORE DEI seu uera PIETATE ostendit octo collationibus imparium. Prima & quinta coniugem honestam & fidam celebrat, de qua cap. XXV. diximus. Secunda, uoluptates sapientiæ, seu studiorum doctrinæ et pietatis ueræ, cum uini & Musices suauitate confert. ἢ γὰρ σοφία δαυμασὰς ἔχει ἰδὼνὰς τῆ κατὰρίστην καὶ τῶ βεβαίω, id est.

Nam sapientiæ admirabiles uoluptates & omni-

Y S um uo-

um purissimas & firmissimas parit. Alioquin nulla est sincera uoluptas, sollicitumq; aliquid letis interuenit.

Tertia fere cum priore congruit, & suauitatem sermonis amici longè antefert harmonijs Musicis, Vt Solon dixit, Senes duabus rebus præcipuè delectari, bono uino, & suauis colloquio. Et Seneca inquit, Maximum theatrum esse amicum amico, & nihil dulcius esse oratione amici erudita & suauis.

Ψυχῆς νοσῶσῃς εἰσιῖν ἰατροὶ λόγος  
ὅταν τις αὐτῷ κοῦρῶς γε μαλακῶσαι κέαρ.

Medela, sermo fidus ægroto pectori.

Si quis oportune loquens cor recreet.

Animis enim ægris, nulli Medici rectius modentur, quàm sermones tempestiuè ad leniendum cordis dolorem adhibiti.

Quarta, Pulchritudinem florentis agri celebrat expressam his Stigelij uersiculis.

Obuia nam præti lustrans miracula campi

Nature intueor dum parientis opus.

Aut mihi planta suis numen demonstrat ab herbis

Præsentemq; refert una uel herba Deum.

Aut operis series auctorem tota recenset.

Et leuis est cespes qui probet, esse Deum

Emicat ex ipsis diuina potentia terris &c.

Quinta, summum Amicitia gradum monet esse inter coniuges mutuo amore & fide flagran-

tis,

tes, in quibus σώματα δύο, ψυχή δὲ μία  
ἔστι, Corpora quidem duo, Animus autem unus est.

Sexta, Hominem beneficum & misericordem sepe magis fidum esse in rebus aduersis, quàm proprium fratrem ostendit, ut Dauidem multo ardentius amat Ionathas, quàm proprii ipsius fratres. Ciceronem post prælium Pharsalicum reconciliant Cæsari Oppius & Balbus, cum Q. Frater cum grauisime accusaret.

Septima, Bonum consilium auro & argento præstantius esse docet, & in bellis ac omnibus magnis negocijs multò plura consilio quàm uiribus effici. Tandem uero concludit Syracides ΠΙΕΤΑΤΕΜ ueram seu TIMOREM DEI his rebus omnibus & pulchritudine, et dignitate, & utilitate, & uiribus auxiliij diuini, & omni præstantia antecellere.

Fili mi, Ne dedas te studio mensuræ dicandi.

III. Mendicitatem prohibet de qua noti sint Adolescentibus, Homeri uersus.

ἀλλ' ἐπεὶ οὐδ' ἢ ἔργα καὶ ἔμματα περ' οὐκ ἐθέλει  
ἔργου ἐπιχειρῆσαι· ἀλλὰ πῶσ' ὦρ' ἤδη μοι σφ  
βῶλεται αὐτίκ' ὦρ' ὅσ' κερ' ὄν γαστ' ἐναλθορ.

Hic quoniam didicit scelerate facta patrare,  
Non uult furtificis manibus perferre laborem.

Ostia



*Ostia sed manuile per singula quærere uictum,  
Pascere quo uentrem icuinus possit auarum.*

**O mors quam amara est memoria  
tui, apud Hominem utentem rebus  
secundis,**

**IIII. Pars capitis, de Morte non timenda pijs  
concionatur.**

*Propositio est. Noli timere mortem,*

*Argumenta tria sunt. I. A causa Efficiente  
DEVS iusto iudicio naturam hominum pecca-  
to pollutam morti subiecit. Humiliari igitur sub  
potenti manu Dei, nec repugnare ipsius Sapien-  
tia & uoluntati iustissima, nos oportet.*

*II. Mors est communis omnibus hominibus,  
Non igitur appetenda est inæqualitas, nec recu-  
sare id onus debemus, quod alijs multo præstantio-  
ribus ferendum est.*

*III. Qui iuuenes moriuntur, citius ex huius  
uitæ miserijs eluctantur.*

*Similia argumenta Ethnici quoq; , ut Cicero  
in prima Tusculana, & Seneca passim, & Plutar-  
chus in libello ad Apollonium collegerunt, sed  
multo imbecilliores sunt hæ Philosophicæ conso-  
lationes, quam ut atrocis illius & horrendi mali,  
Mortis uidelicet, metum ex animis eximere possint.  
Conferamus igitur Remedia huic modo à  
Filio Dei Domino nostro Iesu Christo auctore me-*

*te &*

*te & immortalitatis opposita, qui sua morte nos-  
tram mortem absorpsit, & iustitiam ac salutem  
æternam, corporibus etiam nostris ex morte in-  
uitam reuocatis, impertit. 1. Corinth. 15. Absorpta  
est mors in uictoriam, ubi est mors aculeus tuus?  
ubi est ò inferne uictoria tua? Aculeus enim mor-  
tis peccatum est, potentia autem peccati Lex est.  
Deo autem gratta, qui dedit nobis uictoriam per  
Dominum nostrum Iesum Christum.*

## CAPVT XLIIII.

**F**ilij impiorum, & qui adiungunt se  
impijs, abominationes meræ fiunt.  
Impiorum liberorum hæreditas  
perit, & posterij eorum sunt contemp-  
ti.

*Etiam liberi coguntur conqueri de  
patre impio, Nam propter ipsum sunt  
contempti.*

*Væ uobis impijs, qui relinquitis les-  
gem Altissimi, siue uiuitis siue moria-  
mini, maledicti estis.*

*Quemadmodū quod ex terra pro-  
uenit rursus redit in terram, & impij  
à ma-*

ā maledictione ad damnationem.

Afflictiones hominis forsan hic durare possunt quā diu uiuit. Sed nomen impiorum deletur, nam per omnia reprobum.

Vide ut retineas nomen bonum. Nam certius est & durabilius quā mille ingentes acerui auri.

Quantumcūq; suauis aut iucunda sit uita, tamen paruo tempore durat: At nomen bonum durat in aeternum.

Filij mei, rebus secundis uidete ut maneatis in timore Dei.

Quare pudet uos uerborum meorum: Sunt quos pudet rerum non pudendarum. Sunt qui laudant res non laudandas. Pudeat patrem & matrem si scortentur. Pudeat Principem & magnates mendacij. Pudeat iudicem & Senatum iniquitatis. Pudenda est in plebe & populo inobedientia. Pudeat amicum amico inferre iniuriam. Pudeat uicinum furti. Pudendum

est

est si brachium tuum rusticē pani fulcias in mensa. Pudeat te si non possis reddere rationem, & non respondere cum salutaris. Pudeat te quod respicis corda, & auertis faciem à consanguineo tuo. Pudeat te intercipere hereditatem, & donationem propter nuptias, & concupiscere uxorem alienam. Pudeat te concupiscere ancillam alienam, & astare ad lectū eius. Pudeat te beneficium exprobrare amico tuo, & cum aliquid donasti, noli ei id obijcere. Pudeat te prodere quod audisti, aut proferre in lucem arcana tibi concredita. In hunc modum pudor tuus honestus est, & charus ac gratiosus eris apud omnes.

Verum horum (quæ nunc dicam) te non pudeat, & in nullius gratiam discede à recto. Ne pudeat te legem & pactum docere Altissimi. Non pudeat te timentem Deum, contra iniuriam defendere: Bona fide agere cum proximo, & socio, Ad amicos conuersus

te hæc

te hæreditatem: Attentum esse, ut ser-  
 ues iustum pondus & mensuram:  
 Contentum esse siue multum siue pa-  
 rum lucrî facias, Non pudeat te in-  
 quam iuste agere, in bonis corporali-  
 bus, emendo, uendendo, liberos tuos  
 educare liberaliter & accuratè. Ser-  
 uum malum acriter castigare: A mu-  
 liere parum fida res tuas studiose cur-  
 stodire: A manibus multis & rapa-  
 cibus, res tuas inclusas tenere. Non  
 pudeat te inquam ea, quæ concreden-  
 da sunt administrationi seruorum, di-  
 ligenter numerata, & libra expensa  
 tradere. Rationes dati & accepti an-  
 notare. Non pudeat te inquam, im-  
 prudentes & stultos erudire. Deinde  
 decrepitos senes, ne rixentur cum iu-  
 nioribus, admonere. Ita euades in uir-  
 rum aptum gerendis rebus, & lau-  
 dem habebis apud omnes.

Filia nondum elocata, uigilijs ex-  
 ercet patrem, & sollicitudo pro ipsa,  
 turbat ei plurimum somni, sollicitus

enim

enim est, ne, cum iam floret ætate, ante  
 nuptias eam consensescere contingat,  
 Aut si nanciscatur maritum, ne odio  
 incitetur erga eam. Aut cum adhuc  
 uirgo sit, ne constupretur, & uterum  
 gerat, in domo patris. Aut ne marita-  
 ta peccet, aut ipse maritus cum ea non  
 habeat liberos.

Quando filia tua se non gerit uere-  
 cunde, duro preme eam imperio, ne  
 coram inimicis tuis pudeas, & toti  
 ciuitati sermones præbeas, ne coram  
 omnibus hominibus confundaris.

Noli circumspicere, ut formosos  
 homines uideas, neq; tam cupide ama-  
 bias conuersatione mulierum. Quem  
 admodum enim ex uestibus nascun-  
 tur tineæ, ita per mulieres plurimum  
 oritur mali. Tutius est conuersari ui-  
 ro duro & tetrico, quam mulieri blan-  
 dulæ, quæ contumeliæ eum exponit  
 & ludibrio.

#### LOCI QUATVOR.

Z

I, Doctrinæ

I. Doctrina primi præcepti. Ego sum Dominus Deus tuus, Deus zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filijs, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me.

Ευσεβέωρ παύδασι τὰ λοιπὰ, δυσεβέωρ δὲ οὐ, id est. Piorum liberis bene erit, impiorum autem non bene erit.

Quod autem obijcit humana ratio. Iniustum esse puniri aliquem propter delicta, quæ ipse non perpetravit, ut scriptum est, Anima quæ peccata uerit, ipsa morietur. Sed peccata parentum & præcipuè ante filios natos commissa, non sunt à filijs perpetrata.

Ergo iniustum est parentum peccata in filijs, nepotibus & pronepotibus uisitari.

Respondeo, ad Maiorem, Primum, Iniustum est propter aliena delicta quenquam, scilicet agètem poenitentiam & credentem in Christum, puniri præsertim æterna damnatione. Nam de agentibus poenitentiam & piè uiuentibus impiorum liberis in Ezechiele dicitur. Filius non portabit iniquitatem patris. Sed non agentibus poenitentiam Lex denunciatur iram Dei propter sua & parentum delicta.

Deinde iniustum est puniri aliquem propter delicta, quæ ipse non admisit, scilicet in foro Politico. Tamen si in politicis quoq; Iudicijs poena criminis lese maiestatis, etiam in liberos extenditur,

sicut

sicut interfectoris Galeatij Ducis Mediolani non modo ipse, uerum etiam eorum liberi, infantes & agnati usq; in quartum gradum capitali supplicio affecti sunt.

Sic iudicium Legis Dei, quod magnitudinem & atrocitatem peccati & iræ Dei aduersus peccatum, rectissime cernit & iustissime iudicat, poenas peccatorum, quæ in parentibus hæserunt, etiam in posteros usq; in tertium & quartum gradum extendit. Quod iudicium etsi humana ratio cæca existimat iniustum esse, tamen nos cum Daniele dicamus. Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio. Et cum Dauide iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Posterius Impiorum sunt contempti,

Plutarchus, πορὶ παύδαρ ἀγωγῆς τοῖς μη-  
 ἔσθερ ἢ πα ἔσθερ οὐκ ευγεγόναστη, ἀνεξάλα-  
 ἡσα πᾶκαλόουδῆ τὰ πῆς δυσχελεῖας οὐείδη  
 παρὰ πέντα τὸρ βίον.

Vide ut retineas bonum nomen.

II. De bono nomine seu bona fama, quæ est celebratio aliorum bonorum & recte iudicantium, qua alicuius uirtutem & recte facta comprobant & prædicant. Hanc uult Deus studiose à nobis expeti & retineri.

L. Ut uirtutem maiori studio complectamur.

Nam expetere bonam famam est uirtutem expetere. Deinde uult bona fama & infamia discerni honestos & inhonestos, ut honestatem & uirtutem singuli ardentius colant.

III. Vult celebratione uirtutis alios ad imitationem inuitari, & nō pollui Ecclesiam & Evangelion infamibus scandalis doctrinae uel morum.

IIII. Vult praedicatione uirtutis & recte factorum, se Deum, fontem uirtutis, ab alijs hominibus agnosci, & gloria affici, Matth. 5. Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificetur pater uester, qui in caelis est.

Augustinus in sermone de communi uita Clericorum Tom: 10. pag. 313. Propter nos conscientia nostra nobis necessaria est. Propter uos fama nostra non polluitur, sed pollet in uobis. Duae res sunt, Conscientia, & fama. Bona conscientia necessaria est tibi. Bona fama proximo tuo.

Quare pudet uos uerborum meorum, Sunt quos pudet rerum non pudendarum.

III. De PVDORE, Qui est uirtus metuens ueram infamiam & timore iudicij diuini & propriae conscientiae & aliorum recte iudicantium, uitans delicta Lege Dei prohibita, & sermo-

nes,

nes, gestus & actiones omnes ita regens, ut iudicij prudentum & bonorum probentur. Ex hac definitione perspicuum est, PVDOREM non tantum Castitatem seu uerecundiam, obscenitati & impudicitiae oppositam significare, sed omnes fere uirtutes ceteras ambitu suo complecti, & fere equipollere Timori Dei & Iusticiae uniuersali. Ideo sapienter Plato iubet Parentes suis liberis, εὐδὼ πῶλλον ὢν χύσιον καταλείπειν, hoc est, Pudorem multum potius quam aurum multum relinquere. Et in Eutyphrone inquit. ἴνα γὰρ δέσῃ οὐκ ἐν δαῖσι αὐδῶς, id est, ubi est timor ibi pudor. Id Plutarchus corrigens, τοῦναντίον φησὶ, αὐδῶς μᾶλλον ὁ σωφρονίζων ἐγγίνεται φόβῳ. Contra inquit, in pudore praeditis, gigni timorem, cohercentem omnes cupiditates & uirtutum omnium custodem. Enumerat autem Syracides XV. res seu peccata prohibita Lege Dei, a quibus designandis pudore singuli deterri debent. Deinde commemorat X V. res honestas ac iudicio Dei & omnium bonorum probatas, a quibus faciendis nemo pudore abduci debeat.

Filia nondum elocata uigilijs.

III. De sollicitudine Parentum propter Filias, & ijs educandis diligentia & seueritate iusta, & fugiendis libidimbus uagis praecipit, De quibus

quibus supra aliquoties commonefactiones audi-  
uimus.

## CAPVT XLIII.

SEQUENTIA OCTO Syracidæ capita, Breue  
Scompendium Bibliorum totius ueteris Testa-  
menti continent, comprehensum forma GRA-  
TIARVM ACTIONIS & laudum Dei,  
Quibus primam creationem omnium rerum in  
tota natura, primo capite Genesis descriptam,  
Deinde patefactionem & miranda opera Dei,  
quæ in Ecclesia à se collecta per Patres & Pro-  
phetas & alios Doctores & Governatores illu-  
stres, ab initio mundi usq; ad Syracidæ tempora,  
edidit.

### TEXTVS XLIII.

#### CAPITIS.

**N**unc celebrabo opera Domini,  
Nex scripturis sanctis opera eius  
annunciabo, sicuti legi illa.

Sed ne sanctis quidem à Domi-  
no datum est, ut omnia mirabilia ei-  
us eloqui possint. Nam Dominus  
omnipotens nimis magna condidit  
illa, & omnes creaturæ maiores sunt,  
quàm

quàm ut pro dignitate laudari poss-  
sint.

Ipse solus scrutatur abyssum, & cor-  
da hominum, & nouit cogitationes  
eorum. Nam Dominus nouit omnia,  
& uidet, quo tempore unumquodq;  
fieri debeat, Ipse annunciat præteri-  
ta, simul & futura, & reuelat, quæ ab-  
scondita sunt. Ipse intelligit omnia  
secreta, & nihil ei occultum est. Ipse  
ostendit suam infinitam sapientiam  
magnificè, & ab æterno est usq; in æ-  
ternum. Nemo potest eum facere,  
neq; maiorem neq; minorem, neque  
ullius indiget consilio.

Quam iucunda sunt omnia opera  
eius, quanquam uix exiguat & unis-  
cam scintillam illorum assequimur.  
Omnia agunt & uiuunt, & manent  
perpetuo. Et omnia ad hoc obediunt  
ad quod ipse opus habet illis. Semper  
duo sunt contra duo, & unum contra  
unum, neq; quicquam deest omnibus  
operibus, quæ facit, & omnia sic or-  
-

dinauit ut singulis suis sit & peculias  
ris usus.

Et quis potest exaturari, cernendo  
magnifica opera eius? Cernitur maies-  
tas eius in illa ingenti, & maxima al-  
titudine, in illo lucido, æterno firma-  
mento, ornatissimi & formosissimi  
cœli.

Sol dat lucem in toto orbe, & lux  
eius est clarissima.

Sol quidem cum oritur, efficit &  
annunciat diem. Miraculum enim in-  
gens est Altissimi. Meridies siccat ter-  
ram, & quis sustinere potest ardorem  
eius? Maiorem calorem efficit, quam  
fornaces multæ, adurit montes, & æ-  
stum mirificum merosq; ignes spirat,  
radios tam claros spargit, ut oculos  
debilitet & hebetet. Necessè est hunc  
maximum esse Dominum, qui con-  
didit illum, & ineffabili hac celeritate  
currere iussit.

Et Lunam quoq; in toto orbe ter-  
rarum uoluit splendere suo tempore,

ut

ut menses diuidat, & cursu suo annum  
efficiat. Secundum Lunam compu-  
tantur statera festa, Et lumen quod cres-  
cit & decrefcit. Luna efficit spacia  
mensium, crescit autem & mutatur  
mirabiliter.

Lucet & in excelso firmamenti to-  
ta militia cœli, & tot clarissima sydera  
ornant cœlum. Ita iussit eas Dominus  
in excelso illuminare orbem. Ad uer-  
bum Dei seruant ordinem suum, ne-  
que uigilijs delassantur.

Aspice itidem, & lauda eum, qui  
condidit illam, Nam coloribus distin-  
cta est pulcherrimis.

Cœlum creauit rotundum, & ma-  
nus Altissimi expandit illud.

Ad uerbum eius cadit nix altissi-  
ma, quasi flocci lanæ. Et mirabiliter  
fulgura miscet, toto dehiscente cœlo.  
Nubes pendent non aliter atq; uolu-  
cres se remigio librant alarum, Ipse  
sua ui condensat nubes, ut grandinem  
strepitu spargant. Tonitrua eius patet

Z 5 faciunt

faciunt orbem, & montes contremiscunt coram illo.

Per uoluntatem eius flant Aquilo & Notus, Et sicut uolucres uolant, ita conuertuntur uenti, & niues perflando miscent, ut in aceros magnos exarescant, non aliter atq; cicadę coaceruatę decidunt, Nix autem tam candida est ut lædat oculos, & cor tuum non potest non mirari mirificam illam & concretam pluuiam.

Effundit pruinam super terram sicut salem, cum aquę congelascunt, stirax passim obrigescunt, quasi acuminatę sudes. Et flante frigido uento, Aquilone, concrescit unda. Vbicunq; sunt aquę, ibi perflat eas, & crustis glaciei, quasi lorica induit aquas, Monna sterilefcere facit, aduritq; deserta & omnia uiridia torret sicut ignis. Contra hæc remedio est densa nebula, & roris aspergines post æstum, illę omnia recreant.

Per uerbum suum coerccet mare,

ne

ne excedat terminos suos, & in eo insulas sparsim seminauit.

Qui nauigant per mare, recitant multa de periculis eius, Et nos qui audimus, stupefcimus. Ibi sunt stupenda & mirabilia opera, Ibi est infinita animantium uarietas, immanes illę morsales Ceti, illa omnia præternauiganda sunt.

In summa, Verbo illius consistunt omnia, Et ut maximę nos quã plurima dicendo exaggeremus; tamen nullis uerbis assequi possumus. Breuiter, Ipse est totum & omnia. Ut maxime nos omnia magnifice extollamus, quantillum id est, præ ipso? Ipse tamen multo excellentior est omnibus operibus suis, Dominus est omnino excelsus & magnus, Mirifica & infinita est potentia eius, supra quam quisquam eloqui possit. Laudate & celebrate Dominum, summa uehementia, quantum potestis, ipse tamen est excelsior. Laudate eum  
inde



indefinenter, toto conatu, totisq; uiribus, & tamen uix ulla ex parte affequimini. Quis enim Deum illum magnum unquam uidit, ut de illo loqui possit?

Quis potest eum præ magnitudine & dignitate laudare? Vix exiguam partem operum eius, utcunq; cernimus. Nam infinita, & multo maiora nobis adhuc abscondita sunt. Nam omnia quæ usquam sunt, Deus creauit, & cognoscenda dat timentibus Deum,

**P**rimum de creatione Mundi sciamus, uniuersum hoc theatrum natura rerum à Deo conditum, & miranda arte & sapientia distributum & ornatum esse, ut DEVM opificem nobis monstraret, & Schola sit sapientiæ, bonitatis, præsentis & omnipotentis DEI: Qui ab Angelis & Hominibus à se conditis, uult agnosci & celebrari: ijsq; uicissim seipsum & omnia sua bona impertire. Quare omnia hæc pulcherrima Mundi corpora à Deo creata, ut coelum, lumina, Sol fons lucis & caloris uitalis. Luna certis uicibus lumen à Sole recipiens, rati & immutabiles Solis,

Luna

Lunæ & omnium astrorum cursus, qui temporum uices, & dierum, mensium & annorum spacia definiunt, & motuum Leges certæ ab hominibus Deo ducente peruestigatæ: Syrii, Arcturi, Orionis, & cæterarum stellarum pulchritudo, numerus & magnitudo: uices dierum ac noctium: utres temporum anni, ueris, æstatis, autumnus, hyemis, ad utilitatem rerum nascentium accommodatæ: Terræ situs & fecunditas: omnes res Terræ nascentes, gemmæ, Metalla, plantæ, arbores, herbæ, flores, fructus, Mare, fontium & fluminum perennitas, pisces, animantia, & in his tanta uarietas, & specierum perpetuitas, propagatio, & generationis modus, deniq; Homo ipse, & in corpore humano singularum partium constructio, situs, coagmentatio, substantia, figuræ, qualitates, uires & actiones certis usibus destinatæ. Et in mente hominis naturales notitiæ de Deo, & discrimine honestorum & turpium, & iudicium conscientis in recte & secus factis. Hæc omnia cum aspiciamus fateri cogimur, ut in primo ἀπομνημονεύματων Xenophon ait, τὰῦτα σοφῶν ἄνευ δημιουργοῦ γὰρ καὶ εὐλογοῦν τὴν τέχνην εἶναι, id est, Hæc sapientis Architecti & amantis hominum, opera esse. Et notitia de Deo & de uirtute menti insita non modo esse Deum, uerum & qualis sit, & quales nos esse uelit demonstrat.

Initio

Initiò autem Syracides Propositionem & summam sequentium capitum complectitur his uerbis.

Nunc celebrabo opera Domini ex Scripturis Sanctis. Opera scilicet creationis omnium rerum, & collectionis Ecclesie per uerbum à Deo patefactum & per patres & Prophetas propagatum.

Sed ne Sanctis quidem à Domino datum est, ut omnia mirabilia eius eloqui possint.

EXORDIUM, quo Attentionem Lectoris excitat. Immensa enim & inexhausta sapientie, bonitatis, presentie & omnipotentie diuine Testimonia in operibus Dei continentur: Quam doctrina cœlestis & cætera Artes, quas Philosophia continet, aliquo modo euoluunt, ut Astronomia sapientiam Dei seu ordinem motuum cœli: & luminum Solis ac Lunæ & distinctionis Temporum considerat. Doctrina Physica & Medica, naturam elementorum, Aëris, aquæ, terre, arborum, herbarum, animantium & inprimis Animæ & corporis Humani patefacit.

Arithmetica sapientiam Dei in numeris & eorum proportionibus ac utilitatibus; Geometria in Figuris: Musica in sonorum harmonijs aliquantulum explicat.

Doctrina

Doctrina Ecclesie, initia sapientie Legis & Euangelij, & mirandæ collectionis ac gubernationis Ecclesie uoluit & illustrat. Sic Grata de Dei sapientia & bonitate fama in omnibus artibus & rebus ab ipso conditis sparsa est.

Semper duo sunt contra duo. Vide cap. 33.

COELVM, est pars Mundi superior tota lucida, continens Orbes omnium Stellarum Fixarum & Septem Planetarum, qui certis & perpetuis motuum legibus uices temporum, dierum, mensium, & annorum distinguunt & motu suo ac lumine & occulta uirtute hanc inferiorem & elementarem Mundi partem, uarie afficiunt & temperant.

Nomen habet à pulchritudine & ornatu stellarum, cœlum quasi cœlatum

SOL est lucidissimum in cœlo corpus, quod & lucem toti Mundo præbet, & diurno motu uices dierum ac noctium efficit, & proprio motu quo Zodiacum diebus 365. horis 5. min. 49. peragrat Anni spacia definit.

LVNAM quoque toto orbe terrarum noctu splendere uoluit, ut Menses diuidat. Nam mensis Lunaris Synodicus quo (Galeno etiam teste) Iudæi usi sunt, est spacium temporis ab una conuentione Solis & Lunæ ad proxime sequentem

tem, complectens dies 29. horas 12. m. 44. Horum Mensium duodecim coaceruati, Annum Lunarem efficiunt dierum 354. Quibus adhuc undecim dies  $\epsilon\omega\alpha\pi\tau\alpha\iota$  addi oportebat, ut cum Solari anni no congrueret.

Secundum Lunam computantur statuta festa. Festum Pasche semper oportebat celebrari plena luna, uidelicet decima quarta primi mensis. Ideo Eclipsis Solis, facta in die Pasche, quo Christus Pascha nostrum pro nobis in cruce immolatus est, non potuit usitato naturæ ordine euenire.

Lucet in excelso tota militiæ cœli,  
& tot clarissima sidera ornant cœlum,

Studioſi nomina & imagines 48. Asterisimorum agnoscere discant, comprehensa his uersiculis.

Ad boream geminas ingens Draco diuidit Arctos,  
Hinc subit Arctophylax pariterq; Corona, Lyrae;  
Proximus Engonasis, post hunc Ophiuchus & Antares,

Mox Aquila & Telum surgunt, & lactea Cygni  
Sidera, Pegasus hunc sequitur Delphina, simulq;  
Andromede, Cepheusq; & Cassiopeia parentes,  
Armatusq; gener Pegasus: circum ora Medusa,  
Horrida, Deloton simul Hemochusq; feruntur,

Hinc

Hinc Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,  
Libraq; Scorpius, Arcitencens, Caper, Hydris,  
Pisces.

Cetus & Eridanus post hæc uertuntur ad austrum,  
Orionq; premens Leporem, Procyonq; resurgens,  
Inde Canis maior stellataq; cernitur Argo,  
Perq; trium loca signorum se porrigit Hydra,  
Craterem dorso gestans, Coruumq; loquacem.  
Hic Fera Centauro resupina tenetur, at ultra  
Thuribulum, notæ Piscis fugit astra Coronæ.

IRIS est arcus, habens uarios aduerso Sole colores, puniceum præcipue, & uiridē ac flauum, in nube rorida ac concaua, ex radiorum Solis oppositi refractione & reflexione ad nostrum uisum apparens.

NIX est meteoron seu corpus imperfectè mixtum ex uapore aqueo, qui in mediâ regione aëris resolutus priusquam in aquam conuertitur, à frigore leuiter conglobatur, instar lane carminatæ, sicut halitum ex ore nostro egredientem à frigore circumstante densari uidemus.

Cause Materiales ex qua, Nubis, Niuis. Pluuie, Grandinis, Pruinæ & Roris eadem sunt, uidelicet uapores humidi & aquei, qui cum in mediâ regione aëris densantur, Nubes fiunt, cum resoluuntur in aquam nec congelantur, fit Pluuia:

A 4

cum

cum resoluti congelantur, priusquam in aquam conuersi fuerint, fit Nix: cum resoluti & conuersi in aquam congelantur, fit Grando: cum in infima regione aëris subsidunt, nec congelantur, fit Ros: cum leuiter congelantur, fit Pruina.

## CAPVT XLIIII.

**L**Audemus & celebremus claros homines, patres nostros ordine suo. Magnifica & excellentia Dominus operatus est ab initio per eos, per suam ingentem & magnam potentiam. Fœliciter gubernarunt Rempublicam & Regna sua, & res gesserunt maximas cum summa laude. Sapientia, consilio, & prophetia præcellerunt, Rempublicam & subditos rexerunt consilijs suis, & intellectu scripturæ sanctæ. Musicam accurate docuerunt, & spiritualia carmina ac Psalmos condiderunt. Diuites fuerunt, & opibus maximis floruerunt, ocio consuluerunt posteritati, & ipsi in pace gess

ce gesserunt Magistratum, quam diu hic uixerunt. Ita omni tempore cum laude uixerunt, & in uita sua fuere celebres. Et hi nomen præclarum transmiserunt ad posteros. Verum alij nullam laudem habent, & perierunt, quasi nunquam fuerint. Et cum adhuc uiuerent, erant quasi non uiuerent, & liberi eorum post eos, etiam caduci.

Verum his sanctis hominibus (quorum iusticia nunquam obliuioni tradetur) relicta est bona hæreditas, liberique eorum benedicti. Posteriores eorum permanserunt firmi in fœdere, & propter ipsos nepotes eorum, filijque filiorum & laus eorum non morietur. Ipsi quidem in pace sepulti sunt, sed nomen eorum manet in æternum. Homines de eorum sapientia loquuntur, & Ecclesia laudem eorum annunciat.

Enoch placuit Domino, & raptus est, ut mundo esset admonitio ad poenitentiam.

Noe inueniebatur irreprehensibilis & tempore iræ inuenit gratiam, & seruatus est tempore diluuij. Ipse accepit promissionem & fœdus pro mundo, non amplius diluuiio delensdam esse omnem carnem.

Abraham celebris ille Patriarcha, & pater multorum populorum, non habet sibi similem, quod attinet ad gloriam. Seruauit legem Altissimi, & Deus fecit cum eo fœdus, & hoc per circumcisionem carnis eius, Et ipse fidelis inuentus est, cum tentaretur. Ideo Deus iureiurando promisit illi, In semine (inquit) tuo benedicentur omnes gentes. Item multiplicabo semen tuum, sicut arenam, quæ est in littore maris. Et promissionem accepit, fore, ut semen eius exaltaretur sicut stellæ cœli, & hæredes fierent à mari usq; mare, & à flumine usq; ad fines orbis terræ.

Et hanc benedictionem confirmauit super omnes homines, & etiam cum

cum Isaac, propter patrem suum Abraham, Et eam super Jacob uenire & manere uoluit. Misericorditer benedixit illum, & dedit ei hæreditatem, partemq; suam segregauit, & in duodecim tribus partitus est.

**S**ummum Dei beneficium, & opus misericordie ac testimonium presentie Dei in genere humano præcipuum est, quod inde usq; ab initio se hominibus clara uoce & illustribus testimonijs patefecit, & excellentes ac salutare Doctores, Patres & Prophetas continua serie excitauit & misit, ut ueram de Deo doctrinam in genere humano propagarent, & ministerio suo æternam Ecclesiam Deo colligerent, cui iam Sapientiam, iustitiam & leticiam Deus in omni æternitate communicaret. Hos igitur præstantes uiros, diuina patefactionis testes ac ministros, & Ecclesie Dei gubernatores ac duces præcipuos, cum laudat Syracides, uere laus ea tota Dei est, à quo immensa bonitate uocati & misi, & donis sapientie, pietatis doctrine authoritatis & felicitatis eximia ornati sunt. Ut autem ingens hoc beneficium Dei clarius agnosci à nobis possit, in singulorum Patrum & Prophetarum mentione, sciamus hos sex locos præcipue nobis considerandos esse.

I. Immensam bonitatem & mirandum consilium Dei, colligentis sibi & regentis eternam Ecclesiam in genere humano, per Doctores & instauratores doctrinae à se excitatos & missos, ut Ephes. 4. dicitur, Filium Dei sedentem ad dexteram patris mittere Prophetas, Apostolos Pastores & doctores, ut Ecclesia sanctorum, per ministerium docentium instauretur & corpus Christi, seu Ecclesia, hoc est, coetus hominum recte agnoscens & celebrans Deum & Filium ipsius Dominum nostrum Iesum Christum, & heres uitae aeternae, edificetur, donec perueniamus ad uitam adultam, plenam, & perfectam fidem quae est agnitio Filij Dei, nec sicut pueri fluctuemus & circumagitemur omni uento doctrinae, per praestigias & imposturas hominum, quibus circumueniunt nos, ut nos seducant, &c.

II. Et principalis locus est, Doctrina sanctorum Patrum & Prophetarum de Lege & Euangelio, & de singulis Fidei nostrae articulis. Ideo enim praecipue Sanctorum historiae legi debent, ut eorum confessione de Deo & testimonijs Doctrinae, fidem nostram confirmemus. Alij autem alios Doctrinae articulos praecipue illustrarunt.

In Adami, primi hominis, conditione, lapsu & receptione, fons & summa omnium totius doctrinae Christianae articulorum continetur, ut ex enarratione

ratione quatuor primorum capitum Geneseos apparet. Et uix ulla historia est, ex qua plura dici possunt, quam breuis illa historia Adam, initio Genesim descripta: Quam reliqui omnes Bibliorum libri, uelut commentarius uberior, enarrant & illustrent.

In historia Enoch, testimonium maxime illustre extat de postremo Doctrinae Christianae articulo, ad quem ceteri omnes, uelut ad finem & scopum praecipuum, referri debent, uidelicet, de immortalitate piorum, de extremo iudicio & uita cum Deo aeterna. Recitatur enim particula concionum Enoch in Epistola Iuda. Prophetauit de his septimus ab Adam Enoch. Ecce uenit Dominus cum omnibus sanctis militibus suis, ut faciat iudicium de omnibus, ut arguat omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impietate egerunt & de omnibus dictis, quae locuti sunt contra Deum peccatores impii.

In historia Noe testimonium horrende irae Dei, quam totius mundi diluuium & *πρωολυθη* declarauit: & rursus immense misericordiae, quam in conseruatione Ecclesiae & familiae Noe ostendit, in primis considerandum est.

In historia Abrahae praecipue elucet & dominatur Promissio de Christo. (In semine tuo benedicentur omnes gentes.) quae summam totius doctrinae Euangelij, de persona, officio, &

beneficijs Christi & eorum applicatione, de dis-  
crimine Legis & Euangelij, de Iustificatione, &  
de Ecclesia aeterna ex Iudæis & gentibus collecta  
complectitur. Deinde Testimonium de Iustifica-  
tione, Credidit Abraham Deo & reputatus est  
iustus, Genes. 15. Roma. 4. Ebre. 11. Fide Abra-  
ham tentatus obtulit Isaac & c.

III. De signo Iusticiæ Fidei, uidelicet, Sacra-  
mento Circumcisionis. Genes. 17.

IIII. De discrimine ueteris & noui Testa-  
menti, Gen. 17. 21. Galat. 4.

V. De propagatione ueræ Ecclesiæ per ele-  
ctionem, uocationem & promissionem diuinam,  
& c.

In Iacobi historia, uaticinium de tempore ad-  
uentus, persona, officio, & regno Christi præci-  
puè eminet Genes. 49.

TERTIVS LOCVS sunt Miracula &  
liberationes contra usitatum nature ordinem facta  
& c., ut sint testimonia diuinæ uocationis sancto-  
rum & certitudinis doctrine, quam propagant,  
Ut miranda patefactio promissionis de Semine, &  
colloquia Dei cum Adam: miranda translatio  
Enoch: miranda conseruatio Noe in Diluuiio: mi-  
randa deletio Sodomorum: natiuitas Isaac ex ma-  
tre sterili & effocta: Prædictiones & tota gu-  
bernatio Ioseph in Ægypto: eductio populi ex  
Ægypto per diuisum mare & c.

QVARTVS

QVARTVS LOCVS sunt, Res geste  
seu consilia, conciones, dicta, facta & πολιτεύ-  
ματα singulorum patrum, in quibus doctrinam  
propagarunt, & fide sua ac confessione alijs præ-  
luxerunt. Ut Noah annos 120. fuit præco Iusti-  
tiæ Dei, certo deleturi mundum diluuiio. Ioseph  
regit suis consilijs Regnum Ægypti. Moyses con-  
stituit Legibus politiam Iudæorum, ut sit certa  
sedes Ecclesiæ & uenturi Christi. Dauid Reg-  
num Iudicum administrat, Daniel prouincias  
Imperij Babylonici gubernat.

QVINTVS. Exempla uirtutum singulis  
imitanda pro cuiusq; uocatione: Et imprimis  
summa illæ & Ecclesiæ propriæ uirtutes, uideli-  
cet, Fides patrum, quam Epistola ad Ebræos, cap.  
11. celebrat, uera Inuocatio Dei, patientia in affli-  
ctionibus, constantia in confessione & c.

SEXTVS LOCVS. Exitus uitæ seu  
mors sanctorum quæ plerumq; est μαρτύριον seu  
Testimonium doctrine & immortalitatis & se-  
cuturi iudicij.

Hac commonefactione præmissa, sciant studio-  
si hoc XLIIII. caput, esse Epitomen Genesis  
seu primi libri Moysis, cuius integra enarratio  
alias tradita ad hoc XLIIII. caput referri po-  
test.

Ad 5

VI

Vt autem plus lucis huic Catalogo heroum populi Dei accedat, Chronologicam Tabellam singulis capitibus adiungam, quæ ostendat quo mundi tempore singuli patres & Prophete floruerint.

**SERIES DOCTORVM  
& gubernatorum Ecclesie Dei  
in populo Iudaico.**

Anno mundi.	
1.	ADAM <i>supr</i> omne quod uiuit & spirat honoratus & primum à Deo ad imaginem Dei creatus est Syrac:49. Gen. 1. annis ante Christum ex uirgine natum 3962.
130.	SETH filius Adam, apud homines in maximo honore habitus, Syrac. 49. Nascitur Genes. 5.
622.	ENOCH, cui nemo similis super terram natus est. Syrac. 49. Genes. 5. Viuens in corpore raptus est ad Dominum, ut gentes de immortalitate & uita seculura doceret.
987.	
1558.	SEM in maximo honore apud omnes habitus. Syrac. 49.
	NOE tempore iræ inuenit gratiam &

	& seruatus est tempore DILVVI, Syrac. 44. Gen. 6.7. 8.
1948.	ABRAHAM celebris ille Patriarcha & pater multorum populorum nascitur, Gen. 11. annis 292. post Diluuium. Syrac. 44.
2030.	SEM apud Homines in maximo honore habitus benedixit Abrahæ redeunti ex bello Gene. 14. Deinde promissionem accipit Abraham fore ut semen eius exaltaretur sicut stelle cœli, Gene. 15.
2047.	Deus fecit cum eo FOEDVS & hoc per Circumcisionem carnis eius, Syrac. 44. Gene. 17. anno atatais Abrahæ 99. anno post promissionem de semine ipsi traditam, 24.
2048.	ISAAC natus est Gen: 21. & postea benedictionem Abrahæ datam accepit, Gene. 26.
2063.	Circa hoc tempus Abraham fidelis inuentus est cum tentaretur. Ideo Deus iureiurando promisit illi, IN SEMINE TVO BENEDICENTVR OMNES GENTES. Ge. 22. Syr. 44.
2108.	IACOB natus est. Genes. 25.
2229.	IOSEPH Dominus fratrum suorum fit, & mirus Saluator populi Syrac. 49. Gen. 41.



Anno mundi. 2238. 380 *CAPVT XLIII.*  
 Iacob descendit in Ægyptum & dul-  
 cissima consuetudine filij Ioseph fruitur  
 annos 17.  
 2317. Ioseph obiit anno 52. post patrem  
 Iacob.  
 2373. MOSES ex Iacob Patriarchæ pro-  
 nepote Amram natus est. Syrac. 45. Exo.  
 6.2.

IACOB.

IVDA. LEVI. SIMEON.

Gerfon CAATH. Merari,

AMRAM. Isuar.

AARON. MOSES. Chore

Eleazar

PHINEES.

Syrac: 45.

Hinc ortus  
 Samuel.

2453. MOSES coram Rege Pharaone  
 grandia miracula fecit (Exod. 7.) & po-  
 pulum Israel ex Ægypto per mare Ru-  
 brum eduxit Exod. 14. Et die quinquagesima  
 post exitum, LEGEM VITÆ  
 & Sapientiæ à Deo accepit Exod. 20. 21.  
 & deinceps. Syrac. 45.

AARON

Anno mundi. 2453. 381 *CAPVT XLV.*  
 AARON ad summum Sacerdotium  
 populi Iudaici uocatur. Exod. 29. & san-  
 cto ornato ac splendida ueste seu pano-  
 plia Pontificali decoratur, & à Mose un-  
 gitur. Leuit. 8. Syrac. 45.  
 Primum suum sacrificium offert. Le-  
 uit. 9.  
 2493. Aaron & Moses moriuntur, Num.  
 20. Deut. 34.  
 IOSVA populum Israel in Palesti-  
 nam introduxit.

CAPVT XLV.

EX illo, post exoriri uoluit sanctum  
 uirum Moſen, quem omnis popu-  
 lus admiratus est & amauit, qui gra-  
 tiosus coram Deo fuit & hominibus,  
 cuius Nomen excellenter est celebre,  
 Hunc etiam honorauit Deus ut Pa-  
 triarchas, quod hostibus fuit ualde  
 formidabilis & solo uerbo, grandia  
 miracula fecit. Coram Regibus tri-  
 buit ei gloriam, & mandata dedit ei ad  
 populum suum, & ostendit illi maies-  
 tatem

statem suam. Prælegit eum ad functionem sanctam, eoq̄ fidelis erat & mansuetus & ex omnibus hominibus segregauit sibi eum. Fecit eum audire uocem suam, & duxit eum separatim in nubem tenebrosam. Ipse Deus præsens dedit ei mandata, nempe Legem uitæ, & sapientiæ, ut Iacob doceret foedus, & Israel iudicia sua.

Aaron etiam fratrem eius ex eadem tribu Leuitica, perinde ut ipsum exaltauit, ad ministracionem sanctam, Pactum æternum fecit cum eo, & dedit ei Sacerdotium in populo. Decorauit eum sancto ornatu, & circumdedit eum splendida ueste, & addidit omnis generis ornatum. Et armauit eum egregia panoplia, perizomatis, Et tunica talari, cum Epomide, appensis in orbem compluribus sphæruulis & tintinabulis, ut ipse ingrediente, tinnitus circumquaq̄ audiretur, in Templo, in memoriam populi ad Deum. Hæc erat sacra uestis ex auro,

hyacintho & purpura contexta, opere uariato, addito oraculo pectorali ( cui inserta erat lux & integritas ) artificioso concinnato, preciosis gemmis incluisis auro, per gemmarios, quibus insculpta erant nomina duodecim filiorum Israel, in memoriam coram Deo: Addit & diadema aureum in tiara sacra, in qua inerat cælatura sacrosancti nominis.

Omnia augusta & plena maiestatis, uenusta & luculenta. Nihil his simile unquam antea uisum est. Nec fas erat, quenquam alium his indui, præter iam ipsius Pontificis liberos & nepotes ordine ex eadem familia, a quibus quotidie bis iuge sacrificium fiebat. Erat enim à Mose initiatus, & sacro oleo perfusus.

Fœdus factum est cum eo, ut ipse & filij eius ( quam diu durarent dies cœli ) seruirent illi. Utq̄ essent Sacerdotes, & populum suum in nomine illius benedicerent. Elegit eum ex omnibus

nibus uiuentibus, ut Domino sacrificaret, ut libamina, & incensum offerret in odorem suauissimum, & in memoriam ad reconciliandum populum. Demandauit ei ministerium uerbi sui, ut doceret Iacob testimonia eius, & illuminaret Israël per legem eius.

Fuerant, quidam alij, qui opponerent se ei per seditionem, & inuidentur ei in deserto, nempe, qui cum Daathan & Abiron erant, & in furiosa factione Korah, Sed Dominus uidit, & displicuit ei, & deuorabantur sæuientira. Ostendit in eis mirum & horrendum iudicium, deuorauit eos igne suo.

Honorauit Aaron adhuc amplius, & dedit illi hæreditatem, nempe, omnes primitias segregauit illi. Præ omnibus alijs ordinauit illis, primum uerberem copiam panis, Nam comedere debebant sacrificia Domini, quæ illi & semini suo dedit. De terra autem non dabatur illis pars, nec hæreditatem

tem nanciscebantur cum reliquo populo, Sed Dominus ipse erat pars & hæreditas eorum,

Pinchas filius Eleasar, tertius erat in hoc honore, hic feruide zelabat in timore Dei, & populo deficiente, ipse constans, fortis & animosus perstitit. Ideo cum illo factum est foedus pacis, ut præesset sanctuario & populo, & ut ipse & semen eius Sacerdotio præesset in æternum. Quemadmodum & cum Dauid ex tribu Iuda, foedus sanctum est, ut tantum ex filijs eius unus Rex esset; Ita & Aaron ac semen eius, hæredes constituti sunt, ut docerent nos sapientiam, Et populum Dei digere regerent. Vt Sacerdotium ac gloria eorum non intereat, sed apud eos maneat in seculum.

**C**ontinet Encomium MOYSIS ET AARONIS fratrum, & PHINEES nepotis Aaron, ex filio Eleazar.

IN MOYSIS HISTORIA. I. Miranda conseruatio, & instauratio Ecclesie Dei per

Doctores & gubernatores doctrinæ diuinitus excitatos consideretur. Inter quos unus ex præcipuis & summis fuit Moysis.

Docuit autem non tantum Legis sapientiam de honesta gubernatione consiliorum & actionum erga Deum & homines exercendarum, & de Ceremonijs ac Sacrificijs Leuiticis: nec tantum politicus gubernator aut Legislator fuit, sicut Solon, Lycurgus, Mimos, Numa, qui se θεοῦ δόξης ὄντες esse finxerunt. Sed etiam fuit Doctor Euangelij de Domino & Redemptore nostro Iesu Christo, cuius solius Sacrificio & morte peccata nostra expiata sunt, & Iustitia ac salus æterna nobis restituta est, Vt Iohan. 5. dicitur. Si Moysi crederetis & mihi crederetis. De me enim scripsit. Et Luc. 24. Christus ex Moysse & omnibus Prophetis testimonia de passione & resurrectione sua exponit. Sicut ritus agni Paschalis & omnia Sacrificia Mosaica, typi fuerunt Sacrificij Christi, quod solum tollit peccata mundi. Iohan. 1. Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi. 1. Cor. 5. Pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus.

Miracula à Moysse plurima edita sunt. Primum, Coram Pharaone, Exod. 4. 7. 8. &c. Deinde in miranda educatione populi per alucum maris rubri. Exod. 14.

Postea in deserto datum manna de cælo, producta

ducta aqua ex silice, Lex diuina uoce pronunciata in monte Sinai inter terribilia fulgura & fulmina &c. Quæ omnia sunt testimonia uocationis Moysi, & quod doctrinæ & consilij ipsius tanquam uoci Dei de cælo sonanti, certo credendum sit.

III. Res gestæ seu Doctrina, consilia, gubernatio, scripta & facta Moysis, à capite secundo Exodi & deinceps in Leuitico, Numeris & Deuteronomio recitantur. Præcipua autem ipsius πολιτεύματα sunt, Liberatio & eductio populi Israël ex Ægypto, & promulgatio Legis, & constitutio Politicæ Iudaicæ, ut esset certa sedes Ecclesiæ Dei, in qua Lex & promissio de Christo propagaretur, & inde in reliquis orbis terrarum partes spargeretur, ac ut esset certus populus & locus, in quo Christus exhiberetur, doceret, miracula ederet, fieret uictima, & ex morte resuscitatus conspiceretur.

V. Virtutes singulis imitandæ, ut adolescens institutus est in studijs doctrinæ & uniuersæ sapientiæ Ægyptiorum, Acto: 7.

Pietas uera seu Fides, qua renuit uocari filius filie Pharaonis, potius eligens probis officij cum populo Dei, quam temporarijs peccati commodis frui, maiores diuitias ducens probrum Christi quam thesauros Ægypti.

Iuocatio Dei uera & ardens, cuius exempla & formæ in Exodo, Numeris & Deuteronomio plurimæ recitantur.

Obedientia in uocatione. Exod. 3. 4.

Fidelitas in tota Domo Dei, seu in tota gubernatione Ecclesiæ & populi Dei. Num. 12.

Mansuetudo, constantia, patientia &c.

VI. Exitus uitæ seu mors descripta Deut. 34.

In Aaronis celebratione, descriptio Sacerdotij, & Panopliæ pontificalis præcipuè obseruati digna est. Est autem Sacerdotium, propriè nihil aliud, quàm officium seu ministerium docendi uerbum Dei, Legem & Euangelion de Christo. Et thymianata precum pro se & alijs Deo adolendi, & offerendi Sacrificia, quæ Deus ordinauit.

Hæc tria officia Sacerdotum, docere, orare & Sacrificia offerre distinctè in hoc Encomio recitat Syracides, cum inquit, Aaroni demandatum esse ministerium uerbi Dei, ut doceret Iacob testimonia eius & illuminaret Israël per legem eius.

Deinde ut Domino sacrificaret & incensum seu thymianata, hoc est, preces sanctas offerret. Recitatur itaq; in hac Aaronis mentione, tota doctrina de Sacerdotio & discrimine inter summum Sacerdotium Leuiticum & Christi, & Sacerdotium commune omnibus Christianis. Huius Doctrinæ consideratio longe utilior est descriptione

ptione uestium & reliqui ornatus Sacerdotalis, cuius explicatio ex cap. 28. Exodi assumatur.

Honorauit Aaron adhuc amplius, & dedit illi hæreditatem, nempe omnes primitias.

De primitijs Num. 18. dicitur. Seriem summorum Sacerdotum ab Aaron & Phinees nepote Aaronis, usq; ad tempora Iesu Syracidæ contexam infra capite L.

## CAPVT XLVI.

Iesu Naue, erat Heros in bello, & Propheta post Mosen, qui uictorias excellentes obtinuit, pro electis Dei (sicut & nomen eius sonat) & ulcisceretur se de inimicis, à quibus affligebantur, ut Israel acciperet hæreditatem suam. Magnificè inclaruit, cum extenderet brachium, & gladium fringeret aduersus urbes potentes, Quis unquam tam animosus in acie stetit & perstitit? Ipse cœpit & proftrauit hostes Domini. Propter ipsum

stetit sol, & dies unus bidui longitudinem habuit.

Inuocauit Altissimum & potentem illum, cum urgeret hostes suos, & Dominus ille Deus magnus exaudivit eum, & cadere fecit lapides grandinis maximos super inimicos, & occidit aduersarios in descensu, Et senserunt gentes, cuiusmodi telis & tormētis hic populus instructus esset, & quod Dominus ipse præsens adesset, eis in bello, & in fugam conuerteret potentes quosuis.

Et tempore Mose ipse & Caleb filius Iephunne, fecerunt opus bonum & excellens, Ibi steterunt contra multitudinem, & prohibuerunt populum à peccato, & compescerunt seditionem nocentissimam, Ideo & hi duo soli seruati sunt inter sexcenta millia uirorum, & populum duxerunt in terram, lacte & melle fluentem, ut eam possiderent.

Et Dominus seruauit Caleb, uir  
resq̃

resq̃ & robur corporis eius, usq̃ in senectutem, ut ascenderet ad montana in terra, & semen eius possidet terram, ut omnes filij Israel uiderent, quàm præstans & bona res sit, obedire Domino.

Et Iudices quilibet secundum nomen & familiam suam, qui non idolatriam sequuti à Domino defecerunt, etiàm ualde celebrantur. Ossa eorum subinde adhuc (ut cubant) uiuent, Et nomen eorum floret apud filios, ad quos transmissum est.

Et Samuel Propheta Domini à Deo dilectus, constituit regnum, unxit Principes super populum, iudicauit multitudinem iuxta legem Domini, & Dominus rursus respexit Iacob, & Propheta inuentus est rectus, sincerus & fidelis, Et cognoscebatur, ac constabat prophetias eius certò ueras esse, Inuocabat Dominum illum omnipotentem, cum undiq̃ premeret hostes suos, & agnos teneros

offerret. Et Dominus de cœlo intonuit, & dedit uocem suam in magna tempestate, & contriuit Principes Tyrri, & omnes Principes Philistin. Et ante mortem, antequam ẽ uiuis discederet, testabatur coram Domino & unctō eius, quod à nullo accepisset pecuniam, imō, ne calceum quidem, & nemo poterat eum accusare. Et cum iam obdormiuisset, adhuc propheta-  
bar, & Regi denunciabat finem uitæ suæ, & uocem ædidit de terra, & prophetauit impios interituros esse.

## CHRONOLOGIA.

Anno mundi.

IESVS seu IOSVA filius Nun de tribu Ephraim, Num: 13, Dux populi Iudaici & Propheta post Moysen, & typus Saluatoris nostri Iesu Christi, qui filios promissionis Abrahe per Iordanem huius uitæ & mortis, in requiem uitæ aternæ introducit.

2401.

Nascitur in Ægypto, patre Nun, ex tribu Ephraim 1. Paral: 7.

2417.

Caleb nascitur.

Iosua

Anno mundi.

Iosua minister Moysis ex Ægypto per mare rubrum egressus, profligat Amalechitas, precante Moysen, Exod. 17.

Post aliquot dies una cum suo Domino Mose ascendit in montem Sinai, Exod: 24. 32.

2454.

Iosua & Caleb cum ceteris explorant terram Canaan, Numer. 13.

2493.

Iosua ordinatus in Ducem populi Israel, Num. 27. Deut. 31. 34.

Introducitur filios Israel per siccatum Iordanis alueum in terram promissam, Iosu. 3. 4. 7. & excellentes ac mirandas uictorias obtinet pro electis Dei. Ios. 6. 8. 10. 11.

Propter ipsum SOLIS cursus à Deo inhibitus est, ut tota die in uno cœli loco fixus consisteret, & Hostes Amoræ rhei lapidibus de cœlo ruenibus oppressi sunt in descensu Bethoron. Ios. 10.

2500.

Caleb filius Iephonne, anno ætatis 85, accipit partem terræ in tribu Iuda uidelicet urbem Hebron & uicinam, Ios. 14. 15. Iud. 1. 1. Reg. 30.

2511.

Iosua moritur.

## IUDICES SECVNDVM

nomen & familiam suam.

Bb 5 Otho

**Anno mundi.** 394 **CAPVT XLVI.**  
 2511. Othoniel, filius Genez, fratris Caleb,  
 ex tribu Iuda 40. annis, Iud. 3.  
 2551. Ehud filius Gera ex tribu Beniamin  
 80. annis.  
 2631. Debora uxor Lapidoth ex tribu E-  
 phraim & Barac filius Abinoam ex tribu  
 Nephthaim. Iud. 4. 5.  
 2671. Gedeon filius Ioas, ex familia tribus  
 Manasse. Iud. 6. 7. 8. annis 40.  
 Abimelech filius Gedeon, 3. annis,  
 Iud. 9.  
 2714. Thola filius Phua, de tribu Isaschar 23,  
 annis. Iud. 10.  
 2737. Iair Galaadites. Iud. 10.  
 2752. Iephthe Galaadites. Iud. 11. 12:  
 Abessan de tribu Iuda }  
 Abialon ex tribu Zabulon } Iud. 12.  
 Abdon ex tribu Ephraim }  
 2790. Samson filius Manue ex tribu Dan,  
 Iudic. 13. 14. 15. 16. 17.  
 2810. Heli Sacerdos 40. annis I. Reg. 1. 2.  
 3. 4.  
 Huius tempore SAMVEL Pro-  
 pheta natus est. I. Reg. 1. 2. ex posteris  
 Chore filij Isuar, patris Aaronis, I. Par. 6.  
 2850. SAMVEL Propheta incipit iudi-  
 care populum Israel: Inuocat Dominum  
 & agnos teneros offert & gloriosam ue-  
 ctoriam

**CAPVT XLVI. 395**  
 Etoriam aduersus Philistinos à Deo impe-  
 trat, I. Reg. 7. Syrac. 46.  
 Constituit Israclitis Regem Saul, I.  
 Reg. 8. 9. 10.  
 Priusquam à uiuis discederet, testatur  
 se summa integritate & innocentia Ma-  
 gistratum gessisse, Et nemo poterat illum  
 accusare, I. Reg. 12.  
 Arguit Saulem non obedientem man-  
 dato diuino, & pronunciat eum à Deo  
 abiectum esse, I. Reg. 15.  
 Vngit DAVIDEM I. Reg. 16.  
 Moritur, I. Reg. 25.  
 Mortuus adhuc Prophetabat & Re-  
 gi denunciatur finem uitæ suæ. I. Reg. 28.  
 Nec uero ipsa Samuelis anima, sed spiri-  
 tus formam seu simulacrum Samuelis as-  
 sumens, Pythonissæ interitum Saulis præ-  
 dixit.

## CAPVT XLVII.

**D**Einde tempore Davidis prophe-  
 trabat Nathan, & David inter filios  
 os Israel electus, non aliter atq; adeps  
 in sacrificijs Domino offerendus.  
 Tra-



Tractauit Leones, ac si luderet cum capreolis, & urfos, quasi agnellis coludens, In iuuentute sua occidit Gigantem, & liberauit ab opprobrio populum. Leuaui manum suam, & funda iaculatus est, & Goliath superbum prostrauit. Nam inuocauit Dominum Altissimum, hic corroborauit manum eius, ut occideret bellatorem fortem, & exaltauit cornu populi sui, Cantari de eo fecit publice, Saul mille percussit, Dauid autem decem millia, & honorauit eum benedictione Dei, ut corona regia insignaretur. Vndique contriuit hostes, & Philistæos aduersarios suos deleuit, & confregit cornu eorum, sicut & in hodiernum diem confractum est.

Pro quolibet opere egit Sancto illi & Altissimo gratias cantico iucundo, Ex corde psallebat, & diligebat eum, qui creauit ipsum. Cantores constituit apud Altare, & canenda eis tradidit sua suauissima cantica.

Conz

Constituit dies festos celebrandos sancte & religiose, & ut annuæ festiuitates magnifice celebrarentur, ordinauit, laudando nomen Domini, & canendo mane in Sanctuario. Dominus remisit ei peccata ipsius, & cornu eius exaltauit in æternum, & fecit pactum cum eo, Regnum & solium Regni Israel, in ipso mansurum esse.

Post ipsum, Rex factus est sapiens filius eius Salomon, cui pater pacatam reliquit Rempub: ut gubernaret omnia in pace. Nam Deus omnia in circuitu pacauerat, ut nomini eius ædificaret Domum, & Templum erigeret, quod a generatione in generationem maneret. O quam feliciter proficiebas in iuuentute, & eras plenus intelligentia, sicut flumini aperiens terram. Omnia repleuisti Sententiarum sapientibus, & doctrina tua, & nomen tuum longe lateque in Insulis inclaruit, & propter pacificam gubernationem tuam, & admiratio & amor

tui

tui erat apud omnes. Omnes terræ, omniacq; Regna mirabantur cantica, sententias, similitudines, interpretationes & prophetias tuas, & laudabant Dominum, qui uocatur Deus Israël. Coaceruasti aurum, quasi stannum, & argentum, quasi plumbum.

Sed cor tuum adhæsit mulieribus, & dementatus es ab ipsis, & honori tuo illita est macula, Et fecisti, ut filij tui reprobarentur, & ira ueniret super posteros tuos, in pœnam scilicet stultitiæ tuæ. Nam regnum diuisum est, & in Ephraim regnum idolatricum exortum.

Sed tamen Deus non auertit se à misericordia sua neque mutauit promissum opus suum, neq; funditus deuileuit electi sui posteros, neq; sustulit semen dilecti sui. Sed seruauit adhuc aliquid reliquum populo Iacob, & radicem de Dauid.

Et Salomon obdormiuit cum patribus suis, & post se reliquit nomen sui

fui Roboam, uirum imperitum ad regendum populum, qui intellectum non habuit, qui deficere fecit populum impio consilio suo, Ad hæc Iero-beam filium Nebat, qui Israel seduxit ad idolatriam, & Ephraim ad peccandum, Et peccata eius augebantur, ut tandem eijcerentur è terra sua. Nam uarias Idololatrias excogitarunt, donec tandem ultio super eos uenit.

**I**N DAUIDIS Regis & Prophetæ Historiæ, præcipue eminet PROMISSIO DE CHRISTO, qui natus est ex femine Dauid secundum carnem, & certo cognitus est Filius Dei omnipotens, eo quod resurrexit à mortuis, per quem à peccato & morte ac damnatione æterna liberati, in Regnum Iustitiæ salutis & gloriæ æternæ restituimur. Hæc Promissio de Christo tradita est Dauidi, 2. Reg. 7. & 1. Paral. 17. annis ante Christum circiter 1060.

Deinde Testimonia de omnibus articulis Fidei Christianæ, ex Dauidis concionibus & scriptis & præcipue ex Psalmis, excerpantur, ut DE DEO & tribus personis Diuinitatis uere & realiter inter se distinctis, illustre testimonium extat

extat in nouissimis uerbis seu Testamento Davidi  
2.Reg.23. Dixit uir cui constitutum est de Chris-  
sto, Deo Iacob, spiritus Domini locutus est per  
me, Deus Israel locutus est, &c.

De Filio Dei, Psal: 2. Dominus dixit ad me,  
Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Osculamini  
Filium, Beati omnes qui confidunt in eo. 2.Reg.7.  
Ego ero ei pater & ipse erit mihi Filius.

De spiritu Sancto, Psal. 51. Spiritum sanctum  
tuum ne auferas à me. Psal. 139. Quo ibo à spiri-  
tu tuo.

DE CREATIONE omnium rerum An-  
gelorum & hominum, Psal. 33. Verbo Domini  
(λόγῳ τῆς πατρὸς) caeli creati sunt & spiritu  
oris eius omnis exercitus eorum. Psal: 104. Qui  
facis Angelos tuos Spiritus. Qui fundasti terram  
super stabilitatem suam.

DE LEGE Dei ubiq; in Psalmis dicta occ-  
currunt.

DE PECCATO, Psal. 51. Ecce in iniqui-  
tatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me  
mater mea. Psal. 38. Propter iniquitatem cor-  
dis mei filios hominum.

DE REMISSIONE PECCATO-  
RVM gratuita propter Christum Saluatorem  
promissum, Psal. 32. Beati quorum remissa sunt  
iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Psal. 6.  
Saluum me fac propter misericordiam tuam.

Psal.

Psal. 25. Delicta iuuentutis meae & ignorantias  
meas ne memineris, secundum misericordiam tu-  
am memento mei tu, secundum bonitatem tuam  
Domine.

Huc omnes Psalmi poenitentiales pertinent &  
praecipue: Miserere mei Deus; De profundis: Do-  
mine ne in furore tuo arguas me.

De bonis operibus & ueris cultibus Dei, Psal.  
15. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.  
Psal. 50. Immola Deo sacrificium laudis, inuoca-  
me in die tribulationis.

POENITENTIAE uerae et integræ con-  
uersionis ad Deum ( cuius partes sunt, contritio,  
Fides petens & accipiens remissionem peccato-  
rum, & Noua obedientia ) exemplum maxime  
illustre in historia Davidis propositum est. 2.Reg.  
12. Psal. 51. 130.

De Ecclesia Psal. 1. & passim alibi conciona-  
tur.

CONSOLATIONES in cruce & æ-  
rumnis. Psal. 91. Qui habitat in adiutorio altissi-  
mi. Psal. 37. 73. Quam bonus Israel Deus &c.

De Resurrectione mortuorum & uita eter-  
na. Psal. 27. Credo me usurum bona in terra ui-  
uentium.

Psal. 115. Placebo Domine in regione uiuo-  
rum. Psal. 117. Non moriar sed uiuam & narra-  
bo opera Domini.

Cc

Hi

Hi loci Doctrinae, ad ueram Dei agnitionem  
& pietatem ac fidem nostram confirmandam uti-  
les, præcipuè ex historia Dauidis excerpenti sunt.

Deinde reliqua uitæ ipsius historia à Syracide  
annotata consideretur.

Anno  
mundi

2859.

2882.

Dauid natus est, ex patre Isai, ciue opa-  
pidi Bethlehem.

Circa hoc tempus DAVID à Sa-  
muele in Regem unctus est, 1. Reg. 16.

Tractauit Leones ac si luderet cum  
capreolis, & urfos, quasi agnellis collu-  
dens. In iuuentute sua occidit Gigantem  
Goliath. 1. Reg. 17. Dominus cantari de  
eo fecit, Saul percussit mille & Dauid  
decem millia. 1. Reg. 18.

2890.

DAVID in REGNO populi In-  
daici, interfecto à Philistinis Sauli succe-  
sit, 2. Reg. 2.

Vndiq; contriuit hostes, & Philistæos  
aduersarios suos deleuit, 2. Reg. 8.

2900.

Tempore Dauidis prophetabat 'N A-  
THAN edens promissionem de Christo  
ex semine Dauidis nascituro, 2. Reg. 7.  
1. Paral. 17. Psal. 89. & Dauidi Regi in  
adulterium & homicidium lapsò, peni-  
tentiam & remissionem peccatorum an-  
nunciat, 2. Reg. 12, Psal. 51.

Nonis

Anno  
mundi

Novissima uerba seu Testamentum Da-  
uidis recitatur, 2. Reg. 23. 1. Paral. 28. 29.

Cantica Dauidis in libro Psalmorum  
collecta sunt, qui uerè τὸ ἐκ πάντων ὡ-  
φελιμὸν περιέλαβεν. προφητεύει τὰ  
μέλλοντα, ἰσορίας ὑπομνήσκει, νο-  
μοθετεῖ τὸν βίον, ὑποτίθεται τὰ πρᾶκ-  
τήα, καὶ ἀπαξάπτως κοινῶν ταμίῳν  
ἔστιν ἀγαθῶν διδασκαλῶν, τὸ ἐκείνῳ  
πρὸς φορορ ἡ πλὴν ἐπιμέλειαν δὲ βου-  
ρίτκουσα, ut Basilus inquit.

Cantores constituit, 1. Paral. 23.  
24. 25.

Moritur 3. Reg. 2. 1. Paral. 29.

2930.

SALOMON Dauidi Patri succe-  
dit, 3. Reg. 2. 3. 4. 2. Paral. 1. 2. & c.

2934.

Templum conditum est.

2970.

ROBOAM sub quo Regnum di-  
uisum est.

## CAPVT XLVIII.

ELIÆ, ELISÆI, & ESAIÆ Pro-  
phetarum, & EZECHIÆ Regis encomium  
continet.

ET Propheta Elias prorupit quasi  
ignis, & uerba eius quasi facula ex-

arserunt. Et famem & difficultatem  
annonæ induxit super eos, & immi-  
nuit eos per zelum suum. Nam per  
uerbum Domini clausit cœlos. Ter-  
quidem orante ipso cecidit ignis de  
cœlo. O quam insigniter celebris &  
magnificus es Elia, cum tuis illis in-  
gentibus & maximis mirabilibus  
quis unquam tam magnus, quam tu?

Per uerbum Altissimi suscitasti  
mortuum, & rursus ex inferno redux-  
xisti. Tu superbos Reges perturbasti  
è lecto suo, & perdidisti. Tu in mon-  
te Sina audisti futuram pœnam, & in  
Horeb uindictam. Tu de Regibus  
prophetaſti, per quos puniendus erat  
populus, & Prophetas post te consti-  
tuxisti. Tu in tempestate raptus es in  
curru & equis igneis. Tu ordinatus  
es ad puniendum tempore suo, ad  
placandum iram, antequam furor iræ  
uenerit. Tu constitutus es ad conuers-  
tendum cor patrum ad filios, & ad re-  
uocandas tribus Iacob. Beati illi qui  
te uis-

te uidebunt, & propter tuam amicitia-  
am honorati erunt. Ibi ueram uitam  
habebimus.

Cum Elias raptus esset in tempe-  
state, spiritus eius uenit super Heli-  
seum opulenter, In diebus suis non  
pertimuit ullum Principem, & contra  
omnem potentiam erat inuictus, non  
superabatur ulla ui. Cum mortuus es-  
set, adhuc prophetabat corpus eius.  
Cum uiueret fecit signa, & cum mor-  
tuus esset, mirabilia.

Ne in his quidam poenituit popu-  
lus, nec resipuit à peccatis suis, donec  
eiectioni sunt è terra sua, & in omnes  
gentes dispersi, donec exigua solum  
reliquie manserunt, & Princeps unus  
in domo Dauid. Inter quos quidam  
fecerunt, quod placeret Domino, alij  
autem grauius peccauerunt.

Ezechias muniuit urbem, & aquæ  
ductibus excoluit atq; instruxit eam,  
fodit ferro rupem, & fontes fieri cur-  
rauit. In diebus ipsius ascendit San-

herib, & misit Rabsacen, & leuauit manum suam contra Zion, & hostili ac maximo fastu illis insultauit, ibi contremuerunt corda & manus eorum, & angustia undiq; pressit eos, ut mulierem parturientem. Et inuocabant misericordem Dominum, & manus suas expandebant ad eum. Et sanctus in celo exaudiuit eos cito, & redemit eos per Esaiam. Fudit exercitum Assyriorum, & Angelus Domini contriuit eos. Nam fecit Ezechias quod placuit Domino, & permansit constans in uia Dauid patris sui, sicut docuit eum Esaias, qui Propheta erat magnus, & uerax in doctrina sua.

In diebus ipsis retro redijt Sol, & addidit Regi uitam. Prophetabat mira opulentia spiritus, quid sub extremum futurum esset. Et afflictis in Zion dedit consolationem, qua subinde, & in sempiternum se sustentare possent. Annunciauit futura & abscondita, antequam euenirent.

IOSA:

Anno  
mundi.  
3032.

IOSAPHAT Rex Iudæ factus est. Huius temporibus ELIAS Propheta, currus & Auriga Israël, hoc est, Dux & Gubernator Ecclesiæ Dei præcipuus, quasi ignis seu lychnus in aperto lucens prorupit. Et induxit fanem super terram. 3. Reg. 17.

Suscitauit mortuum Filium uiduæ Sa-reptanæ, 3. Reg. 17.

Superbos Reges perturbat è lecto suo 3. Reg. 21. 4. Reg. 1.

3048.

Ter orante Elia cecidit ignis de celo super Legatos Ochoziæ Regis Israël filij Achab 4. Regum 1.

In monte Sina, qui est HOREB, audiuit futuram pœnam. 3. Reg. 19.

Prophetat de Regibus, per quos puniendus erat populus, uidelicet de Asahel Rege Syriæ & Hieu Rege Israel. 3. Reg. 19.

Et Prophetam Eliseum post se constituit, ibidem.

Constitutus est ad conuertendum cor patrum ad Filios, Malachiæ 4.

Beati qui te uidebunt, ut Christus & Petrus ac Filij Zebedæi Eliam in monte uident, Matth. 17.

Sed præcipue de celestis Ecclesiæ

Anno mundi. 408 **CAPVT XLVIII.**  
consuetudine Syracides loquitur, ad quam  
ELIAS uiuens, cum suo corpore, curru  
igneo euectus est. 4. Reg. 2.

ELISÆVS in diebus suis non  
pertimuit ullum Principem. Histori-  
am eius integram legant studiosi, 4. Reg.  
3. 4. 5. 6. 7. 8.

Cum mortuus esset, adhuc Propheta-  
bat corpus eius, & mirabilia fecit, scilicet  
resuscitato mortuo. 4. Reg. 13.

3220. EZECHIAS Rex populi Iuda, 4.  
Reg. 17. 18. 19. 2. Paral. 29. 30. 31. mu-  
niuit urbem & aquæ ductibus excoluit  
eam 4. Reg. 20.

In diebus ipsius ascendit Sanherib  
Rex Assyriorum, anno 14. Regni Eze-  
chiæ, 4. Reg. 18. 19. Esa. 36. 37.

In diebus eius retro redijt Sol. 4. Reg.  
20.

## CAPVT XLIX.

Continet Encomium IOSIÆ Regis, IE-  
REMIE, EZECHIELIS ET XII.  
Prophetarum. Item, ZORABELIS, IE-  
SV SACERDOTIS, ET NEHEMIÆ.  
In fine repetit mentionem primorum Patrum  
Adæ, Seth, Enoch, Sem, &c.

TEX.

**CAPVT XLIX.** 409.  
**TEXTVS XLIX.**  
CAPITIS.

**N**omen Iosia, est sicut incensum  
preciosum, & odores ex miro-  
theo, dulcis est sicut mel in ore, & si-  
cut Musica in symposio uini. Diuinus  
fuit Heros ad conuertendum popu-  
lum, & ad abolendas abominationes  
idololatriæ. Ex toto corde periculi  
temporibus proiecit se in Dominum,  
& uerum cultum Dei restituit, cum  
tota terra repleta esset idolatria.

Præter David, Ezechiam & Iosiam  
omnes Reges præuaricati sunt, nam  
reliquerunt legem Altissimi.

Postea finis uenit Regibus Iuda,  
Nam coacti sunt Regnum suum re-  
linquere alijs, gloriam suam populo  
alieno. Hi inflammauerunt ciuitatem  
electam sanctuarij, & desertas fecerunt  
plateas eius, sicuti Hieremias pro-  
phetarat, quem crudeliter afflixerunt.  
Hic in utero matris electus erat in  
Prophetam, ut euelleret, destrueret,

Cc 5 uastas

uastaret, & iterum ædificaret & plantaret.

Hefekiel uidit gloriam Domini in uisione, quam ostendit ei ex Cherubim. Prophetauit contra hostes, & consolationem annunciauit his, qui recte faciunt.

Et duodecim quocumque Prophetarum ossa, adhuc uirent in loco, ibi quiescunt, Nam Jacob consolando erexerunt, & redemptionem promiserunt, quam certo expectarent.

Quomodo Zorobabel satis celebrabimus: qui erat sicut annulus in manu dextera, & Iesum filium Iosedech, Qui in diebus suis ædificarunt Templum, & sanctam domum Domini restaurabant, per mansuram ad gloriam sempiternam.

Et Nehemias omni tempore laudandus est, qui euersos muros nobis restaurauit, & rursus portas statuit & obserauit, reparauitque domus nostras.

Nemo natus est super terram, qui  
simi

similis sit Enoch, qui in corpore uiuens raptus est ad Dominum, nemo similis Ioseph, qui dominus fratrum suorum fuit, & mirus saluator populi sui. Ossa eius post mortem domum relata sunt. Seth & Sem, apud homines in maximo honore habiti sunt.

Supra omne autem, quod uiuit & spirat, Adam honoratus est, eo quod primus a Deo creatus est.

Anno mundi.  
3303.

IOSIAS Rex Iuda, pronepos Ezechie, quem superiori capite celebrauit. Nomen eius est, sicut incensum preciosum. Nam **חַיְתִיָּה** significat incensum seu thymiana Domini.

Diuinus fuit Heros ad conuertendum populum, abolendas abominaciones Idolatriæ, 4. Regum 23. 22. 2. Paral. 34. 35.

3316.

HIEREMIAS Propheta concionari cepit, anno 13. Iosie. Electus est in utero matris, ut euelleret, destrueret & iterum ædificaret & plantaret, Ierem: 1.

Prædicit ciuitatem Sanctuarij electam, seu urbem Ierosolymam inflammatum & euersum Iri cap. 4. 5. 7. 26. 32. 22. & alibi. EZE



Anno  
mundi.  
3350.

412

CAPVT XLIX.

EZECHIEL in Babylone concla-  
nari incipit sexennio ante excidium Iero-  
solymæ.

Vidit gloriã Domini in uisione quam  
ostendit ei ex Cherubin cap. i. & 10. Visio  
quatuor Rotarum & Animalium si-  
gnificat CVRRVM Christi seu Mi-  
nisterium Euangelij, quo, aspirante spiri-  
tu Sancto & linguis Apostolorum ignea-  
is, in omnes orbis terrarum partes uehi-  
tur.

Prophetauit contra hostes, cap. 25,  
29. 30.

Et consolationem annunciauit de Re-  
ditu & liberatione per Christum, cap. 11,  
36. 37.

3355.

Finis Regum Iudæ & Excidium Iero-  
solymæ.

3356.

DANIEL interpretatur somnium  
Nabuchodonosor de statua pingente seri-  
em, Quatuor Monarchiarum Mundi.

3381.

Iechonias Rex Iudæ captiuus, ab Eui-  
merodach liberatur.

3425.

ZOROBABEL, nepos Iechonia  
Regis & IESVS filius Iosedech Sacer-  
dos Magnus, Exules Iudæos ex Babylonia  
in Iudæam reducant, & Templum Do-  
mini ac Politiam instaurant. 1. Esd: 2. 3. 5.

NEEM

CAPVT XLIX. 433

NEEMIAS Iudæus, Pincerna Ar-  
taxerxis Regis Persarum, impetrata à  
Rege uenit, Muros urbis Ierosolymæ eu-  
ros instaurauit & portas statuit, & ob-  
serauit, Neem: 3. 4.

Vixit usque ad tempora Alexandri  
Magni, ut apparet ex catalogo Sacerdo-  
tum, quem contexit cap. 12. in quo Iaddi  
Pontificis mentio fit, qui Alexandrum  
Magnum ad urbem Ierosolymam cum ex-  
ercitu accedentem, placauit.

In fine capitis Syracides repetit men-  
tionem Enoch, Gen. 5. Syrac: 4. 4.

Iosephi Domini fratrum suorum,  
Gen. 37. 41.

Seth. Genes. 4.

SEM. Genes. 10. 14.

Adæ. Gen. 1. 2. 3.

CAPVT QVINZ

QVAGESIMVM.

Simeon filius Oniæ Sacerdos ma-  
gnus, qui in diebus suis porticibus  
& peristylis ornauit domum, firma-  
menta & columnas addidit, funda-  
menta

menta altius prouexit, & superne Templi circumitum reparauit. In diebus eius desertus erat fons, illum includendum labro cupreo curauit. Hic sollicitus fuit pro populo suo, & muniuit urbem aduersus hostes. Opus fecit excellens, eò quòd rursus omnia in bonum ordinem redegit apud populum.

Quando prodibat à sanctuario, lucebat sicut stella matutina per nubes, quasi Luna plena, quasi Sol irradians Templum Altissimi, sicut Iris distincta suis uarijs & pulcherrimis coloribus, Sicut rosæ electæ tempore ueris, sicut lilia nascentia in irriguo, quasi arbusculæ thuris in Vere, Sicut thus incensum in thuribulo aureo, Quasi Cyphus aureus, ornatus omni genere gemmarum preciosarum, sicut oliua fructifera, sicut cyparissus insigniter procera.

Quando induebat stolam illam gloriæ, & toto ornatu sancto uestiebatur

batur, & astabat ad Altare sanctum, ipse totum sanctuarium circumquaqz ornabat. Quando autem partes sacrificij accipiebat de manibus Sacerdotum, stans ad ignem in Altari accensum, tum corona fratrum circa illum erat, sicut Cedri plantatæ in Libano, & cingebant eum sicut rami palmarum. Et omnes filij Aaron in gloria sua. Oblatio Domini erat in manibus ipsorum, coram omni coetu filiorum Israel. Etungebatur Sacerdotio ordine uicis suæ ad Altare, & sacrificium gratum offerebat Altissimo & omnipotenti. Extendit manum suam ad libationem, & libauit de sanguine uux. Effudit ad fundamentum Altaris odorem suauissimum Altissimo, qui Rex est omnium.

Tunc exclamauerunt sonore filij Aaron, & tubis ductilibus sonuerunt, & exaltarunt uocem suam, ad memoriam coram Domino Altissimo, & totus populus procubuit mox in terram,

ram, procidens in faciem, & adorauerunt Dominum omnipotentem, Altissimum Deum, Et cantores laudabant eum in Psalmis. Et tota domus resonabat à dulci & magnifico iúbilo, Et populus orabat ad Dominum Altissimum, ut misereri uellet populi sui, donec cultus hic absolutus erat, & ipsi suo munere perfuncti erant.

Sed quando rursus descendebat, tunc extendit manum suam super totam congregationem filiorum Israel, Et dedit eis benedictionem in nomine suo, & precabatur eis salutem in nomine eius. Ibi iterum orabant, & accipiebant benedictionem ab Altissimo, & dicebant: Nunc agite omnes gratias Deo, qui magna & mirabilia operatur in omnibus locis, Qui nos inde ab utero matris superstitis seruat, & accumulatur omnibus bonis, Det nobis cor letum, & det perpetuo pacem, nostro tempore in Israel, & ut  
illius

illius gratia apud nos semper maneat, & redimat nos, quam diu uiuimus.

Duas gentes odit anima mea, Tertiam autem sic odi, ut nullam magis, Samaritas, Philistæos, & stultum populum in Sichem.

Hanc doctrinam & sapientiam, in hunc librum conscripsit Iesus filius Syrach de Hierusalem, & ex corde suo hanc doctrinam effundit. Beatus qui se exercet in ea, & qui corde eam expendit, hic sapiens euadet. Et si fecerit hæc, aptus erit omnibus rebus gerendis foeliciter, Nam lux Domini ducit eum.

*Splendidissimum* ἑρακλειος est SIMONIS SONIÆ summi Sacerdotis, quem IUSTI cognomen habuisse Iosephus lib. 12. cap. 2. & 3. indicat, & bis diuersis in locis diserte affirmat hunc Simonem Iustum, Oniæ filium, fuisse fratrem Eleazari Pontificis, qui LXXXII. Interpretes ad Ptolemaum Philadelphum Ægypti Regem misit. Vixit igitur Simon Oniæ filius, quem in hoc capite Syracides celebrat, circa annum Mundi 3680. initio Ptolemei Philadelphi. Quo tempore

Iesus Syracides adolescens fuit. Et paulò post sub  
Ptol: Energete Philadelphi filio in Ægyptũ uenit.

Est autem hæc SERIES summorum Pon-  
tificum in populo Iudaico, ab AARONE, usq;  
ad IESV Syracidæ ætatem deducta.

## AARON.

ELEAZAR  
Num. 20.

PHINEES  
Num. 25. Ios. 22.  
Iudi. 20.

Abisue I. Par. 6.

BOCCI.

OZI.

Zaratas.

Meraioth.

Amarias.

Aclitob.

ITHAMAR  
filius Aaron. Ab  
hoc ortus est (te-  
ste Iosepho lib. 5.  
cap. ultim. & I.  
Paral. 24.)

HELI Sacerdos  
I. Reg. 1. 4.

Phinees. Ophni  
I. Reg. I. 4. 14.

Ichaboth. Achitob.  
I. Reg. 4. 14. I. Reg. 14.

ACHIMELECH Abias  
proponit Dauidi panes I. Re. 14  
Facierum uescendos,  
& interficitur à Saule  
I. Rg. 21. 22.

SADOCH

SADOCH tem-  
pore Dauidis Re-  
gis, 2. Reg. 8. 15. 19.  
Vngit Salomonem,  
3. Regum. I.

AZARIAS Achimaas.  
tempore 2. Reg. 15.  
Salomo- 17. 18.  
nis Re-  
gis, 3.  
Reg. 15.

Abiathar, I. Reg. 22.  
2. Regum. 15. 19.  
3. Reg. 2. 1.

Ionathas. Achimelech,  
2. Reg. 15. 2. Regum. 8.  
17. 2. Re- 1. Paral. 24.  
gum. I.

AZARIAS, fili-  
us Achimaas.

IOHANNA. Hunc existimant  
esse IOIADAM Pontificem,  
qui Regem Ioas interfecta Athalia,  
constituit 4. Regum. 12. 2. Paral.  
23. 24.

AZARIAS  
2. Paral. 26.

Zacharias interfectus à  
Ioas, 2. Paral. 24.

Amarias.

Achitob.

Sadoch.

D d e Sellum.

Sellum.

HELCHIAS tempore Regis Iosie 4. Regum  
22. 2. Paral. 34.

Azarias.

SARAIAS, Sacerdos tempore captiuitatis  
Babylonicae, interfectus à Nabuchodonosor  
4. Regum 25.

IOSEDECH

ESDRAS.

una abductus in Ba-  
bylonem, 1. Paral. 6.

IESVS seu IOSVE filius Iosedech, una  
cum Zorobabele populum Iuda ex Babylone re-  
duxit, 1. Efd: 3. 5. Zach. 3. 6. Agg. 1. 2. Neem. 12.

Ioachim. Iosephus lib. II. cap. 3.

Eliasib. Nehem. 3.

Ioiada seu Iudas.

Ionathan alias Iohannes, fratrem Iesum in  
Templo interfecit.

IEDDA,

IEDDA, Ncem. 12.  
seu IADDVVS,  
Alexandrum Mag-  
num, hostili animo  
ad Ierosolyma cum  
exercitu acceden-  
tem, deprecatione  
flexit.

Manasse, edificauit  
Templum in monte  
Garizim, prope Si-  
chem, simile Ieroso-  
lomytano Templo,  
Iosephus lib. II. cap.  
7. Ideo hic inquit  
Syracides, Stultus po-  
pulus in Sichem.

ONIAS Priscus annis 27.

SIMON ONIÆ,  
cuius Encomium ma-  
gnificum, Syracides  
in hoc cap. 50. con-  
textit.

ELEAZARVS,  
qui LXXII. In-  
terpretes in Ægy-  
ptum misit.

Onias.

Simon.

ONIAS. IASON. ONIAS.  
qui tempore Antiochi Epiphani de  
summo Sacerdotio rixati sunt, & An-  
tiochum attraxerunt.

In fine additur ORATIO IESV filij  
Syrach in qua & Gratias Deo agit pro liberatio-

D d 3 ne &

ne & defensione perpetua, & se ab eo doctum  
& sapientia ornatum esse confitetur, & ad stu-  
dium suæ sapientiæ & doctrinæ lectores adhor-  
tatur.

## ORATIO IESV

FILII SYRACH.

**G**Ratias ago tibi Rex, & laudo te  
Deum Saluatorem meum, gratias  
ago nomini tuo, quod auxilium &  
protectio mea es. Et liberaſti corpus  
meum à perditione, à laqueo linguæ  
doloſæ, & oris mendacis, & auxiliatus  
es mihi contra inimicos, & eruisti me  
secundum tuam magnam & celebra-  
tiſſimam miſericordiam, à rugitu eo-  
rum, qui deuorare me uolebant, de  
manu eorum, qui inſidiabantur ui-  
tæ meæ. Ex multis ærumnis & affli-  
ctionibus in quibus iacebam. Ex in-  
cendio quo circumdatus eram, è me-  
dio ignis, ne in illo conflagrarem, ex  
profundis faucibus inferni, à ſufur-  
roni-

ronibus & delatoribus coram Rege,  
& à ſententia iniuſta,

Proximus eram morti, & mea uita  
penè demerſa erat in infernum. Cir-  
cumdederunt me undiq̃, & non erat  
qui adiuuaret. Quæſiui apud homi-  
nes auxilium, & nullum inueni. Ibi  
recordatus ſum Domine miſericor-  
diæ tuæ, & quod tu omni tempore  
certo adiuuiſti tuos, Nam liberaſ om-  
nes, qui te expectant, & redimis eos  
de manu gentium. Ego orabam ad  
Dominum contra furorem ipſorum,  
& ſuppliciter inſtabam, ut redimerer  
à morte. Et inuocaui Dominum, Pa-  
trem & dominatorem meum, ne de-  
ſereret me in neceſſitate, inſultantibus  
ſuperbis, cum ego auxilio deſtituerer.  
Laudabo nomen tuum indefinenter,  
celebrabo te, & gratias ago tibi. Nam  
oratio mea exaudita eſt, & liberaſti  
me à perditione, & ab omni malo.  
Ideo Domine gratias agam tibi, lau-  
dabo & celebrabo nomen tuum.

Cum essem adhuc iunior, nec seductus essem, quæsiui intrepide sapientiam in oratione mea, In templo orabam pro ea consequenda. & quæram eam usque ad finem meum. Cor meum lætatum est in ipsa, quasi super uuis maturefcentibus, Vía recta gradiebar ad eam, & à iuuentute inquirebam eam. Attente auscultabam & accipiebam eam, ibi bene discebam, & ualde proficiebam per eam, Ideo gratias ago illi qui dedit mihi sapientiam.

Proposui mihi, ut uirerem secundum eam, & studerem rebus bonis, & in hoc non frustrabar. Ex animo desertabam, ut nanciscerer eam, & conabar eam exprimere uita & moribus. Leuabam ad cælum oculos, & anima mea illuminabatur per sapientiam, ut iam cognoscerem stultitiam meam. Serio anhelabam ad eam, Ego & ipsa unum cor inde ab initio facti sumus, & inueni eam sinceram & purissimam,

purissimam, Ideo non reprobabor. Cor meum suspirabat illam, & nactus sum thesaurum maximum & opimum. Dominus per ipsam dedit mihi linguam nouam, & hac quoque ipsum nunc celebrabo perpetuo.

Huc uenite ad me imperiti, & confluite ad scholam meam. Quod deest uobis; potestis hic discere. Nam haud dubie animæ uestræ sitiunt uehementer. Aperui os meum & docui, Cogitate nunc, ut ematis uobis sine argento sapientiam, cum gratuito offertur. Subiicite collum uestrum iugo eius, & subite disciplinam eius. Ecce ualde in propinquo iam inuenitur. Respice me, exiguo tempore operam impendi & laborem, & inueni maximam consolationem, Accipite doctrinam, ut magnum thesaurum argenti, & seruate eam ut magnos aceros auri.

Lætetur anima uestra in misericordiâ Dei, neque pudeat uos laudis  
Dd 5 eius.

eius. Facite quod mandatum est a Deo, cum habetis tempus, & ipse mercedem bene dabit uobis tempore suo.

## ORATIO ECCLES.

SIÆ EXVLANTIS AD  
DEVM PATREM.

**O**Mnipotens, eterne & uiue Deus, eterne Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te immensa bonitate nobis creaturis tuis patefecisti, & tuam arcanam uoluntatem erga nos, tuumq; mirandum & inenarrabile consilium de liberatione generis humani, & restauratione nature eiusdem, per lapsum Adæ deprauatæ, ante mundi constitutionem apud te admirando modo conclusum, per uocem sonantem in Paradiso, & propagationem uerbi tui sancti, & donationem filij tui, ex sinu tuo misisti, copiose declarasti. Et qui de Filio tuo Domino nostro Iesu Christo de cælo clara & salutari uoce clamasti: Hic est Filius meus dilectus, in quo ego delector, Hunc audite.

Creator, Redemptor & opitulatur omnium rerum, cum Filio tuo Domino nostro Iesu Christo, qui tecum æquali potentia regnat, & qui se

pate-

patefecit in Ierusalem, docendo populum, edendis multis magnis & mirandis miraculis, Et spiritu Sancto tuo, effuso in Apostolos. Sapiens, bone, misericors, iudex & fortis, qui dixisti: Viuo ego, nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat, Et qui per os Dauid serui tui locutus es, Inuoca me in die tribulationis, & ego eripiam te, & glorificabis me, miserere mei, & membrorum meorum, remitte mihi & illis omnia peccata nostra, uel per negligentiam, uel ignorantiam, uel omissionem, uel commissionem, aut πολυπραγμοσῶν, ut est natura humana imbecillis & labilis nimium commissa, propter Filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, quem uoluisti pro nobis omnibus esse uictimam, ἡ ἕξις, μεσότης, ἰκέτης, καὶ ἀρχιερεὺς, mirabili & inenarrabili consilio, ut iram tuam ueram & ingentem, aduersus peccata generis humani, & immensam misericordiam declarares. Et sanctifica, rege & restitue Scholas, quæ sunt thesaurus Ecclesiæ tuæ, Et collige Ecclesiæ tuæ Ministros, & reliqua membra, quæ quasi uento in orbe terrarum sparsim dissipata exulant, & prostrata coram pedibus tuis misere iacent, Et opera, quæ per ea admiranda & salutaria in politijs, & Ecclesia tua iam deficiente & senescente, a te preparata, inchoasti & adiunxisti, adauge, & in eis perfice, Et tolle omnia scandala in Ecclesia tua, Reprimere impieta-


pieta-



pietatem Mahometicam, & omnes-omnium aliarum sectarum errores, iuua & accende corda & animos nostros spiritu sancto tuo, in agnitione & inuocatione tui, Accende etiam in membris Ecclesiæ tuæ lumen Euangelij, & lucem uerbi tui. Et rege corda eorum spiritu sancto tuo, ne in furores Epicureos aut fanaticos errores ruant, Et da illis spiritum firmum, rectum, non fugientem certamina & pericula confessionis, non dubitantem, non Epicureum, nec pectus σκεπτικόν, quale habent homines ludentes opinionibus & quouis uento doctrinæ fluctuantes. Rege & confirma spiritu sancto tuo mentes illustrissimorum Principum domus totius Saxonie gloriose, quæ fuit, est, & te uolente & adiuuante, erit nutrix Ecclesiæ tuæ. Et inclina corda summorum gubernatorum ad salutarem politijs gubernationem, præbentibus nidus & hospitium sponse Filij tui, Domini nostri Iesu Christi, & restitue pacem piam, & omnibus Imperij statibus & cunctorum ordinum hominibus salutarem. Et consolare afflictos & captiuos omnes uerbo & spiritu sancto tuo, & flecte illorum mentes ad ueram Inuocationem tui, & ad bonos fructus penitentiae, & ale & defende eos. Et cum omnia facias in Ecclesia tua salutaria, sis in membris Ecclesiæ tuæ, iam exulantis, efficax, Fac organa ex eis salutaria & utilia politijs uasa misericordiae,

non iræ & damnationis instrumenta, non perniciosi & exitialia Ecclesiæ tuæ, Sed fac eos uasa misericordiae & gratiæ, Et da nobis omnibus petentibus spiritum sanctum, qui compefcatur & frenet in nobis cupiditates prauas, & reuocat mentes & omnes actiones nostras, ut in uera agnitione & inuocatione tui, tibi Deo Patri Domini nostri Iesu Christi, ex uero & toto corde, iuxta datam primis parentibus nostris promissionem, editam in Paradiso, & promulgatam per Prophetas, & ante annos 1514. in Ierusalem impletam, seruiamus & salutaria faciamus. Et sanctifica nos omnes ad uitam æternam, quam nos, cum creaturis omnibus, quæ simul nobiscum congemiscunt & parturiunt, deuotis precibus ardentibus & quotidie speramus & expectamus,

A M E N.



WITEBERGÆ  
EXCVDEBAT IOHANNES  
CRATO.  
ANNO M. D. LXIII.

